


Romberch
1520









Ioannis Climaci doctoris ſpiritualis abbatis in mõte ſynai triginta gradus ſcale celeſtis: nouiter emẽdati: ac impreſſioni traditi.

Luce Natalis

ex dono primi ·S· ioannis abaz

Ad lectores epistola.

Nter instituta antiqua auctore ualerio id unum fuisse memoratur quod maiores natu in conuiuiis egregia insignium uirorum opera carmine comprehensa canebant quo ad ea imitanda ingenuos adolescentium animos alacriores redderent Nec ab re quidem. Nam magnum habent ad uitam recte instituendam momentum & pondus priscorū uirorum exempla nobis proposita quibus ut stimulis quibusdam & archetypis prouocemur ad uite honestatem amplectendam. Proinde in præcio habendi sunt. ii. libri. qui admiranda maiorum facta posteris imitanda describunt rectamque uiuendi rationem seruandam mortalium oculis depingunt. Inter quos (ut uerum fatear) hic liber non extremum sortiri debet locum in quo de altissima christiane religionis perfectione de uaframentis malarum potestatum euitādis aliisque complusculis scitu dignissimis affatim disseritur. Eius auctor dictus est Ioannes cognomēto scolasticus: postremo uero a forma editiōis huiusce operis (quod instar scale confecit triginta gradibus digessit: ad celi sublimia quemque subuehentibus more eius scale quam iacob in somnis uidisse refertur) climachus: quod scalarem indicat: nuncupatus est. Nempe climax græca appellatione scalam designat. Cassiano quæ collationes patrum luculenter conscripsit. hic clymacus sinchronusque: contemporaneusque fuit miraculis in suarum uirtutum testimonium clarus & corpore quidem terram mente uero cœlos habitans totusque deo deditus extitit: ut ipsa operis lectio patefaciet: Cęterum cum tres ferātur præsentis

opusculi esse traductiones: hanc omnium infimam atque in ipso uerborum contextu humilimam accipere consilium fuit: quo paruulis & eloquentiæ inexpertis magis peruia foret sententia. Verum ipsa uerborum tenuitas haudquaquam debet quempiam offendere aut deterrere. Vt enim debilis est stomachus qui non nisi delicatum admittit cibum: ita & mens imbecillis quę potius uerborum lenocinio quam sententiarum ubertate pascitur, & tunc potissimum cum de recta morum institutione agitur: ubi sensa ipsa magis quam dictionum series pōderanda sunt Quocirca sapientibus huius mundi & ea quidem sapientia quæ deo inimica est non sapiet hoc opusculum: nisi stulti in Christo fieri laborent: & tunc demum ueram sapientiam appræhendent. Nonnunquam tamen eodem contextu adiiciuntur huic translationi pauca quædam annotamenta atque elucidationes ex antiqua traductione desumpte: quibus omnia captu faciliora euadant. Neque quenquam id commoueat pleraque in eo opere referri aliorum opera: que primo obtutu uideri possunt ob sui excellentiam minus credibilia. Nam uitæ sanctimonia clarissimus hieronymus & seraphicus ille franciscus consimilia egisse facta: imo uero & maiora memorantur de quibus tamen ambigit nemo. Verum nostra fragilitas aliorum uires sua inbecillitate metiēs quod peragere nequid: putat ab aliis nequaq̄ id agi potuisse. Propter quod in nos recte dici posset illud Mantuani.

Noctua phebeum uisu non sustinet orbem:
Hoc etiam iouis armigero putat esse negatum
Sic genus hoc exangue suis quod uiribus impar
Autumat: herculeos excedere iudicat ausus.

Sermo primus

Valete benigni lectores: & ex ipsius operis lectiõe ad rectiorem morum compositionem (qđ uel maxime optamus) proficite.

Ad lectores carmen.

Ignotum per iter gradiens: ne deuius erret.
Deligit expertum: quo duce tutus eat.
Ad celos qui ferre pedem desiderat æque:
Calle quidem ostenso quo gradiatur erit.
Ducturum ad superos hunc sumite quiqꝫ libellum.
Nempe uiam pandit qui sint ad astra gradus.

ioannis abbatis.

7

¶ Incipit uita doctoris spiritualis Ioannis abbatis montis sinay a Daniele monacho scripta.

QVæ fuerit ciuitas quæ hunc hominem gloriosum & diuinum genuit ac nutriuit antequam exercitatus fuerit in uita monastica non repperi scriptum sed in qua nūc habitet spiritus eius prorsus non dubito, quoniam in celesti hierusalem: ubi nutritur alimento immortali. Vnde etiam tanquam sidus in firmamento lucet per doctrinam his quorum conuersatio in cælis est. Quomodo autem post multos labores illuc meruerit peruenire: sequenti narratione exponam Dum itaq̀ esset iste beatus homo secundum corporis ætatem fermæ annorum sexdecim: ingenio autem mentis quasi canus obtulit semetipsum domino iesu Christo hostiam immaculatam beneplacentem & acceptabilem sub disciplina cuiusdam uenerabilis senis. Et hoc in monte sinay, ubi secundum corpus exterius induit habitum monasticum: secundum uero animam uirtutem induit ex alto. Et sicut opinor ab ipsa mansione uisibilis regionis: apud deum magnam meruit utilitatem: sibiipsi continue uacando. Sicut namq̀ in eodem monte nouerat legem a deo datam ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis: sic ibi sapienter suam spiritualem incepit peregrinationē per quam repulit a se impudicam confidentiam & accepit humilitatem pro suo ornamento inclinando ceruicem & cedendo minori & obediendo patri spirituali & doctori qui eum receperat sub quo bono & uirtuoso ductore transiuit grāde: profundum: crudeleq̀ pelagus uitæ fluctuantis

mortificando perfecte seipsum. Cum enim haberet habundantem sapientiam omnium artium liberalium addiscebat nihilominus ab uno idiota alphabetum celestis rusticitatis: quod ualde mirabile est sed gloriosum & raro contingens quia tumens philosophia non attingit ad simplicitatem quæ est in Christo Iesu postquam autem decem & nouem annis uixit sub obedientia in qua sustinendo & uirtuose portando beata onera . induit se perfecta uictoria sui (præmisso ad supnam patriam suo patre antiquo) iuit ad campum quietis solitariæ: armatus orationibus sui magistri tanquam armis potentibus ad destruendas machinas tentationum. Fixit mansionem suam quinqꝫ miliariis longe ab ecclesia in loco quæ dicitur tholas in quo stetit imperterritus annis quadraginta. Sed quis sufficit enarrare labores dolores & sudores quos ibidem sustinuit: Quis deniqꝫ posset manifestare uerbis operationes sanctas eius? Nempe difficile est narrare ea quæ fiunt in occulto nemine uidente. Veruntamen ex aliquibus notis eius operibus libenter audiamus sanctam & perfectam conuersationem huius ter sancti .s. sub obedientia: in uita solitaria & ī patre edebat de omnibus que mōachis licite conceduntur sed parum: de omibus quidem: ut caute frangeret cornu tumide elationis. Parum uero ut tyrannidem dominatricem gulam quę multos uexat sepe & deridet tribularet clamans ad eam: tace. Sumendo etiam de omnibus parum debellabat inanem gloriam. Per solitudinē āt nemine eum uidente flammam fornacis inanis glorie redegit in cinerem & omnino fecit sopitam ydolorum cultū. dest auaritiam per dei misericordiā & penuriam

rerum temporalium fortiter & & cōstanter excussit ab anima sua. Excussit etiam ab anima sua mortem continuam stimulando seipsum cum memoria mortis. Mors continua est accidia quæ solitarios nō purgatos affligit: & cum diuersis immissionibus cogitationum facit anxios. Mortificato igitur & repulso a se amore uicioso cum his quæ iam dicta sunt quasi soluerat nodos aliorum uiciorum: sed nodū tristiciæ soluebat singulariter spiritualia: meditando rancorē iram: & furorē: interemerat gladio obedienti. Et sicut non exibat corporaliter extra cellaȝ. sic nec locutione extra mentem: & hoc necessitate cogente. Proinde aranealem & sanguisugā omnino in se extinxerat. Aranealem uocat inanem gloriā. quia sicut aranea muscas capit in sua tela & sugit: sic inanis gloria animas corruptas amore transitorie laudis caput & sugit eorum uitaȝ spiritualem: Sanguisugā uanā gloriam dicit quia omnem ueritatis uitam exhaurit ab anima. Erat quedam parua spelunca remota ab eius cela qui locus adhuc apparet. ut inanis gloria non posset eum audire. i. gemitus & suspiria eius homies non audirent. In spelūcam intrans & spiritu deo appropinquans implorabat diuinā misericordiā & gratiam gemitibus& suspiriis & deprecationibus: sicut solent facere qui scinduntur uel cauteriis incendunt a medicis. De somno sumebat ad sufficientiam: ne p snperfluam uigiliam debilitaret substantiam mentis. Ante somnum orabat multum: deinde libros suos disponebat: & hoc præcise erat suum excercicium ad accidiam repellendam. Et breuiter concludendo totum eius exercicium erat legere: orare: amare: cōtēplari die ac nocte inuisibilem deum de quo non uo-

lebat aut proprius loquendo non ualebat saturari. Quidam solitarius nomine moyses desiderans sequi exempla eius per intercessionem multorum sanctorum patrum rogauit. ꝙ eum susciperet ad morandum secum ut doceret ueram philosophiam. Quorum præcibus uictus suscepit eum. Die quadam iniunxit ei ꝙ portaret fimum de quodam loco remoto pro horto. Iuit dictus moyses ad perficiendum mandatum sollicite. Superueniēte autem calore meridiano (erat enim in mense augusti) intrauit moyses quādam spelūcam: ut estum declinaret. Cumq; obdormisset benignus deus sciens eum ibi debere perire. & nolens contristare seruum suum ioannem moysen hoc modo a periculo liberauit. Orante ioanne: & uacante sibi & deo: more solito breuis eum somnus arripuit: uiditq; quendam uenerabilem senē ad se uenire: qui ei quasi īcrepatiue dixit Ioānes quo modo dormis: non curans de periculo moysi? Euigilans autem statim orationi se dedit tum timore uisionis. tum timore discipuli. Sero autem reuertente discipulo interrogauit eum si quod sinistrum ei acciderat. Qui respondit. Paulominus me oppræssit grande saxum Intraueram enim quandam speluncam ad quiescendum. Cumq; dormirem: uisum est mihi ꝙ clamans me excitaueris. Et cum surrexissem statim ingens saxum cecidit in locum in quo iacueram. Hoc audiens uir sanctus & uere humilis: non manifestauit quod uiderat: sed gratias cum occultis clamoribus cordis: reddidit altissimo saluatori. Quia autē sanctus iste inter ceteros erat precipuus medicus spiritualium uulnerum: quidam mōachus nomīe ysaac qui dudum impugnatus fuerat a spiritu fornicatio-

nis ut quod iam quasi exanimis factus fuerat. & desperans de uictoria peruenit ad hunc patrem & ei cum lacrimis & singultibus suam tentationem manifestauit. Benignus uero pater admirans eius humilitatem dixit. Mi frater oremus simul dominum: qui misericors est. Spero enim quod non spernet depræcationem pauperum orantibus autem illis statim infirmus nondum oratione completa sensit se a molestia liberum & clamans ac stupens gratias reddidit deo liberatori. & patri intercessori. Propinante igitur sanctissimo patre omnibus ad eum accedentibus uerba uite & copiose doctrine: quidam ex monachis incitati inuidia inceperunt ei detrahere: dicentes eum loquacem & narratorem fabularum. Hoc audiens uir potens in Christo quem illuminabat: & confortabat: uoluit alios docere non solum loquendo sed etiam tacendo: qui opere ostendens amorem sapientie christiane aliquando tempore tacuit. Omisit igitur docere uerbo estimans utilius fore parumper damnificare amatores boni per silentium quam irritare ad maliciam illos iudices sine sapientia. Cum igitur tacuisset per annum: cognoscentes & erubescentes eius temperantiam sui detractores: & quoniam obtruxerant fontem sapientie. iuerunt ad ipsum confitentes humiliter & dicentes culpam suam: & petierunt eius esse discipuli cuius fuerant detractores. Quibus consentiens uir mitis incipit sicut prius docere. Admirentes igitur omnes eius perfectionem & cognoscentes quod omnes excedebat concorditer & contra eius uoluntatem ipsum instituerunt & confirmauerunt abbatem tanquam nouum moysem missum a deo ponentes lucernam super candelabrum ut luceat omnibus uolentibus ope

rari: & non sunt fraudati a desiderio suo. Ascendit itaq; & ipse in montem ubi accepit a domino tabulas legis dei: descriptas & distinctas per gradus intellectuales: atq; compleuit terminũ uitæ uisibilis dux israelita eo℞ monachorum. In hoc solũ moysi dissimilis: qa certissime iste iherusalẽ supernã ĩtrauit: ille uero (nescio pp quid) prohibitus est intrare terrenam testimoniũ reddunt prædicti oẽs qui per eum sunt consolati & saluati per eius doctrinam: & nunc usq; saluantur.

¶ Explicit uita doctoris spiritualis Ioannis abbatis montis synay.

¶ Incipit epistola Ioannis abbatis raythu ad doctorẽ spiritualẽ Ioannẽ montis synay abbatẽ cognominatũ scolasticũ. nouissime uero a conscriptione: nominatũ climacũ.



Vper mirabili: equali Angelo: patri patrũ: & doctori super excellẽti Ioanni Abbati mõtis sinay. Peccator Ioãnes raythu Abbas in dño gaudere. Cognoscẽtes nos ĩperfecti tuã ĩ dño nõ discernẽtẽ p̃cipuã ante oĩa sicut & in aliis uirtutibus uniuersis exornatã obedientiã. & maxime in illa parte in qua utiq; lucrari cõuenit cũ talento a deo tibi tradito supplicatiõe huiuscemodi utimur illud dictũ in mẽte habentes. Interroga patrem tuum & annunciabit tibi: seniores tuos & dicent tibi. Huius rei causa sicut communi omnium patri senioriq; prę cunctis in exercitatiõis lucta &

acuitate intellectus & uirtuoſo & perfecto docto-
ri:per noſtras litteras procidimus :& tuã exoramus
uirtutum ſummitatem mittere nobis indoctis quæ
in Dei inſpectione (ſecundum quod olim moyſes)
circa hunc eundem montem uidiſti:& quaſi ſicut ta
bulas a Deo ſcriptas: a te ſcriptum ad nos uenerabi
lem librum : & doctrinam propone nobis Iſraeli-
tis perfecte & nouiter ductis de intellectuali egipto
& de mari uitæ exeũtibus ſeculi huius. Quemadmo
dum igitur uice uirge deiloqua lingua tua functus in
mari mirabilia operatus fuiſti : ita & nunc ne deui-
tes rogatus:congruentia monaſticæ perfectioni ſi-
cut magnus uere doctor ſine pigritia ſimul & bene
diſcrete ordinare ad ſalutem omnium eligentiuȝ hu-
iuſmodi angelicã conuerſationẽ non arbitrans blan-
dicias ſeu adulationes quæ a nobis dicta ſunt:noſti
& enim uere(o ſanctus uertex)quia extranea a no
bis ſunt iſta:ſed illud arbitror quod eſt manifeſte ui-
ſum & intellectum ab omnibus. Propterea confidi-
mus in domino ſuſcipere cito & amplexari ſperatas
præcioſas in tabulis exarationes:dirigentes uere ſi-
ne errore imitari uolentes :& tanquã ſcalam quan-
dam confirmataȝ uſq; ad cœli portas ſurſum uehen
tem præeligentes ſine leſione & nocumento . tran-
ſeuntes abſq; prohibitione ſpiritualis malignitatis &
mundi rectores tenebrarum & principes aeris. Si
enim Iacob ouium paſtor exiſtens talẽ tremendam
uiſionem in ſcala intuitus fuit quanto magis rationa
libus ouibus præſidens non uiſione ſolum ſed ope-
re & ue ritate aſcenſum ſine errore & regre ſſum ad
deum uniuerſis oſtendes . Vale in domino ueneran
diſſime pater.

¶ Responsiua epistola: doctoris spiritualis Ioannis scolastici dicti climaci abbatis montis sinay: ad Ioānem raythu abbatem.

Ioannes ioanni gaudere. Suscepi ita conuenientē pudicitie tue & impassibili uite: & mundo tuo & humili cordi q̄ ad nos pauperes & egenos uirtutibus uenerandam litteram destinasti: magis uero præceptum & super nostram potentiam iussionem. Tuum erat uere: tuum enim: & tuæ sanctæ anime proprium uerbum doctrine & eruditionis quod a nobis indisciplinatis & opere: & sermone postulasti. Sollicitum enim semper tibi p teipsum proponere nobis humilitatis exēpla Ad nos nunc illud dicimus quia nisi esset timor & multum periculum. iugum sancte obedientie matris uniuersarum uirtutum ex nobis ipsis proiicere: non utiq irrationabiliter his quæ sunt supra nostram uirtutem auderem⁹. Decet enim (o admirabilis pater) decet ista postulantem & suadentem a bene scientibus discere: nos enim in docendorum adhuc sumus ordine constituti. Sed quoniam nostri deiferi & uere scientiæ mistici doctores hoc obedientiam esse determinant in his quæ sunt supra uirtutem sine discretione indubitanter obedire iniunctis: ecce quæ sunt secundum nos pie despicientes in his quæ sunt super nos audacter & humiliter ad nisum fecimus: nō quasi aliquid tibi responsione ad manifestum educēdo narrantes aut clarificantes illud quod ipse nescias amplius nobis o diuinum & sanctum caput. Certus sum enim non solum ego (arbitror uero & be-

ne sapientium unusquisq;) esse purgatum tuæ mētis ac deliberationis oculum ab omni terrena: & tenebrosa superinfusione: & absq; impedimento diuino immissum lumini nec non & ab ipso irradiari. Sed sicut dixi ex inobedientia timens mortem & quasi ad obedientiam ex ipsa compulsus. ad tuam sanctissimam iussionem cum timore & desiderio ueni: ut bene ratiōalis obediens & puer inutilis perfecti pectoris. Nempe uacua & non proba scientia & exili uocis prolatione atramento tantum uiuentia uniformiter præumbrans eloquia: tibi uero (o doctorum sufficientissime & ordinationis princeps) quasi completori tabularum legis spiritualis reliquum derelinquēs exornare declarare & supplere quæ desunt. Equidē non tibi hanc nostram misimus sponsionem. Absit. Hoc utiq; enim extremę esse dementiæ. Sufficis enī in domino non alios tantum: sed & nos ipsos diuinis informare moribus & doctrinis: sed nobiscum a te docto a deo uocato collegio. o magistrorum uirtuose. Quorum & tuis orationibus quasi quibusdam intellectualibus fiduciis ab indisciplinabilitate leuigatus & alleuiatus calami de cetero uelum expandens & bono gubernatori Christo nostri sermonis gubernationes tradens ac cum omni supplicatione manus ad ipsum leuans ex ipso ad ipsos per te incipio. Rogo uero incumbentes sermoni: q; si quis aliquando in ipso aliquid inuenerit utile: huiusmodi fructum ut bene prudens nostro imputet preceptori: nobis autē de executione mandati & uigilia remunerationem a deo donari petat non dictis attēdens (imperfecta namq; sunt uere ac omni ignorantia & rusticitate plena) sed uidualem accedentis ad oblationem (ut scri

dicta Scala .S. Joanis

ptum est) intētionem & deuotionē acceptet. Nō. n. multitudini laborꝫ & donorꝫ. sed calori intentionis & electioni uoluntatis & propositi. deus mercedes retribuit.

Incipit ꝓlog⁹ sermōis cui⁹ noīatio: tabule spūales.

His qui in libro uite in celis describi eorꝫ noīa uolūt. pfectā uiā ad currēdū pñs liber sapienter & manifestæ ostēdit. Hāc. n. pgētes inueniem⁹ manu ducētē sine errore: sequētēq; custodiētē: ab oī lapide offensiōis sine uulnere tutos. scalāq; nobis in celestibus cōfirmatam a terrenis ꝓuehētē ad sancta sanctorꝫ: & manifestātē sup ipsius uerticē: deū caritatis innixū. Nēpe hāc arbitror scalā quā & uiciorꝫ supplātator Iacob in exercitatiuo cubiculo cōtēplat quiescēs. Quo circa fideliter & prompte scādamus exhortor itellectualis & celestis huius cursus sursum reducēs iter. Cuius qdē iniciū: abdicatio & abrenūciatio terrenorꝫ: finis uero est deus caritatis.

Explicit prologus.

Sequuntur gradus libri.

- ab· index contabulata huius libri 8

¶ Explicit tabula.

¶ Incipit ſermo excitatiuus doctoris ſpiritualis ab batis montis ſinay.quem & miſit Ioanni abbati in raythu. Diuiditur uero capitulis triginta gradibus ſcale ſimilibus:qui ab humilioribus ad excelſiora ſe ctantes ſurſum ducunt.

¶ De fuga mundi & renunciatione reꝝ tẽporaliũ.

¶ Primus gradus.

A Bono & ſuper bono & toto bono

Adeo & rege noſtro ſumamus exordium noſtri ſermonis. quoniam ſic decet uolentes alloqui ſeruos eius. Omnium creaturarum rationalium quas ipſe deus decorauit dignitate liberi arbitrii. quidam dicuntur amici: quidam alieni: quidam aduerſarii: licet ipotẽtes: q̃dã ſerui nobiles: quidam ſerui inutiles. Amici propriæ ſunt ſancti angeli ſm̃ ꝙ expoſuit xp̃s in parabola hominis qui p̃diderat pecudem qua inuenta: conuocauit amicos & uicinos ad congaudendum. Hos enim dicit eſſe angelos. Alieni & peregrini a deo ſunt qui non fuerunt baptizati: uel qui non habent fidem puram & rectam. Aduerſarii uero ſunt. qui non ſolum ſua mandata contemnunt: ſed quantum in eis eſt etiam ueritatem impugnant. Nobiles ſerui ſunt hi qui ſine pigritia implent eius ſanctam uoluntatem. Serui inutiles ſunt hi qui gratiam batiſmi ſuſceperunt: ſed non uiuunt ſicut in baptiſmo promiſerunt. Et quamuis quilibet iſtorum ſtatuum requireret ſingularem tractatum. noſtra tamen (qui ſumus in omnibus inſipientes) non intereſt de omnibus loqui ſed ſolum loquemur de quarto ſcilicet de his q̃ nos cogunt humili fide hoc requirentes. Hi ſunt monachi abbatie de raytu. Et ideo nos extendentes manum per obedientiam (quæ non diſcernit ſi poſſibile ſit quod iubetur an non) accipiemus pẽnam uerbi ideſt audaciam loquendi: intingentes ipſam pennam in gemebunda & ſplendida humilitate. Humilitatem dicit gemebundam propter continuam ſan-

ctam

ctam tristiciam quam generat in anima ex cõsideratõe propriæ miseriç. Splendidam dicit propter cognitionẽ spiritus diuini quam dat illis cum quibus cõuersat̃. uel humilitas splendida dr̃ propter lumen sapientiæ quod est in ea. Et apponentes ipsam pẽnam sermonis sup eorum corda polita & candida uelut membranas tanq̃ in spiritualib⁹ tabulis depingemus diuinas ymagines. Corda etiam dicit polita per obedientiam humilem: candida per mundiciam castitatis: tabulas propter cõstantiã: & uolentes de isto loq sic ĩcipimus. Oĩum q ex deliberatione sui arbitrii deo eligunt seruire ipse Deus ẽ uita & salus siue sint fideles: siue ĩfideles: iusti siue iniusti: scti uel ĩpii: uiciosi uel uirtuosi: monachi uel sclares: sapientes uel ydiote sani uel ĩfirmi iuuenes uel senes. Sicut enĩ est unum lumẽ & unus aspectus solis & una susceptio & mutatio aeris oĩbus cõis sic Deus ẽ oĩbus cõis q ipsũ uolunt. Nec est apud eum acceptio personaꝝ ꝙ unum uelit & alium nolit. Ideo ĩpius ẽ ille q cum sit natura rõnalis & mortalis uoluntariæ fugit uitam & suum factorem quem credit non esse cum ille sit sempiternus. Iniquus est ille q hñs & credens legem uiuit maligne: & uolens contrarium eius quod uult Deus. putat se credere Deo. Xp̃anus est ille q Xp̃m seqtur q̃tũ ẽ possibile hoĩ in uerbo: in ope: & intentione credens pfecte in deũ & sanctam trinitatẽ. Amator dei ẽ ille q oĩbus naturalib⁹ utit̃ sine peccato: & fm suam possibilitatem nullũ bonũ negligit. Abstinens & continens est ille q stans in medio tentationum & laqueo tempestuosi mundi conatur seipsum seruare incontaminatum. Monachorum status ẽ ordo substantiæ in corporem idest angelicalis in corpore materiali & turpi. Monachus est q solum ea quæ dei sunt cogitat: operatur: & loquitur. & est unitus Xp̃o in omni tempore: loco: & facto. Monachus qui facit con

sermo .. p^ū gradus

tinuam uiolentiam suæ naturæ & custodit sensus suos Monachus est qui habet corpus sanctificatum: os purgatum: & mētem illuminatam. Monachus est qui semper stat in dolore & fletu: se exercens in memoria mortis uigilans & dormiens. Perfectus mundi contemptus est habere odio humanas laudes: & abnegare naturales delectationes: causa querendi quæ sunt supra naturam. Omnes qui mundum relinquunt debent hoc facere uno de tribus respectibus: aut propter amorem partis uidelicet ut acquirant regnum celeste: aut propter timorem pœne quam propter sua peccata meruerunt: aut propter dei caritatem quæ iam tetigit cor eorum. Qui autem sine his speciebus mundum non relinquūt non reguntur: ratione qui quo fine terminentur nouit Christus qui neminem contemnit. dicit btus greg.

Tu qui de mundo existi ad faciendam penitentiam pro tuis peccatis. sume exemplum ab his quæ plangunt mortuos suos: & necesses fundere calidas lacrimas neq; a clamoribus cordis sine uoce donec uideas Ihesum uenire ad te qui iubeat tolli lapidem tumuli idest cecitatem & duritiam cordis tui. Et sicut lazarum suscitauit sic liberet animam tuam a peccatis precipiens ministris scilicet angelis. Soluite eum a uiciis & passiōibus & sinite ire ad impassibilitatem. & si sic non feceris: non prosperaberis. Nos omnes qui uolumus exire de egypto & de manibus pharaōis. omnino egemus aliquo moyse mediatore inter nos & deum sub cuius ducatu transeamus mare peccatorum & uincamus amalech tentatorem. Ideoq; decepti fuerunt: qui de seipsis confidētes non quæsierunt magistrum. Recordemur quemadmodum hi quæ de egypto exierunt habuerunt moysem ducem: qui uero de sodomis angelum. Primi sunt qui per studiuȝ & opem medicorum spiritualium liberā

tur a passionibus spūalibus scilicet superbia, uanaglo
ria, inuidia elatione, tristitia. Secundi sunt qui liberan-
tur a uiciis carnalibus. s. gula. luxuria & auaritia: & iō
indigent adiutore angelico quoniam fetidiora uulnera
peritiorem medicum requirunt. Grandi uiolentia: cō-
tinuo labore: & doloribus pnīæ ueræ egent. qui cum
corpore uolunt ascendere in celum: idest corpus gulo-
sum & luxuriosum uolunt facere abstinens: & castum
maximam penam tales sustinent in principio donec eo
rum mens perueniat ad Dei amorem & sanctificatio-
nem per lachrimas efficaces. Magnam angustiam & in
uisibilem amaritudinem sustinebunt maxie q negligen
ter uiuūt. donec canis desierit amare macellū. i. donec
mens obliuiscat̄ cogitatiōes gulæ: & p simplicitatē & p
fundam humilitatē discat amare abstinētiam & castita
tē. Verumtn̄ cōfidimus nos uiciosi. & sine uirtute (si cū
firma fide & sine hesitatione cōfitemur nr̄am īfirmita
tē ipotēciā īclinātes nos in pfunda hūilitate ad pedes Ie
sus qđ idubitāter recipiemus auxiliū plusq̄ mereamur.
Oēs q uolunt ire ad bellum pulchꝝ: & arduū. duꝝ & le
ue: sciant qꝫ uadunt preliari: cum igne. i. demone: carne
& mundo iō studeant ipsi semper habere ignem cōtra
ignez: idest feruorem bonę uoluntatis. Hoc bellum dr̄
arduum propter expoliationem malorum morum
durum propter mortificationem propriæ uoluntatis
leue propter confidentiam in Xp̄o. Isti q uolūt bellare
cōtra naturā & potētias īuisibiles pbēt semetipsos & co
medāt panē azimū cū lactucis agrestib⁹. i. carnē morti
ficēt & ppriā uolūtatē: & bibāt cū lacrimis de calice ui-
tupii & ignominię sicut nō oēs q baptizant̄ nō soluant̄
qa forte nō suāt mādata: sic nec oīs q sumit habitū mo
nasticū monachus ē. Illi q desiderāt bonum fundamē-
tū ponere in seruitio Dei. a principio renunciēt oībus

& intrent domum triangula tam id est religionem ꝓfitentẽ obedientiã: pauptatẽ: & castitatem. Quæ qdam domus fundatᷣ sup tres columnas scꝫ innocentiã: humile ieiunium & cordis puritatẽ. Oẽs puuli in Xp̃o cum his tribus ĩcipiunt. sumentes exemplũ a paruulis sensibilibus: in qbus non sunt crudelitas: fraus duritia: uentris insaciabilitas: aut flamma luxuriæ: in bello ãt (postquã ĩceperimus) oportet pseuerare: qa piculosũ est & regi displicet post ceptum bellum arma abiicere. Fecisse. n. bonum p̃ncipium & firmum posuisse fundamẽtũ multum ualet aiæ ẽt postquam tepuerit: qa semper stimulatᷣ a memoria primæ solicitudinis. Hoc enim modo qdam renouati sunt sicuti aquila. Quando aĩa prodit seipsam & perdit diuinum calorem quærat diligentᷣ qua de causa ipso priuatur. Et contra illam causam dirigat suam solicitudinem quia non poterit intrare per aliam porta nisi per quam exiuit. Ille qui renunciat mũdo propter timorem pene similis est incenso q̃ in principio dat bonum odorem: sed finaliter resoluitur in fumum. Qui uero renunciat spe præmii: est similis molendino qđ continue uadit eodem modo. Sed qui renunciat ex caritate sp addit feruorem feruori. Quidam supra patrem edificant lateres quidam erigunt columnas supra terram. Quidam uero laboriosi pedestres uadunt sed postquam fuerint in itinere calefacti uadunt uelocius. Et est sensus. Qui supra petram edificant lateres hi sũt qui a principio sumunt statim magnarum uirtutum sine obedientia & quia non habent experientiam humilitatis finaliter sicut lateres in terram resoluuntᷣ. Qui supra terram erigunt columpnas hi sunt qui uadunt ad uitam solitariam nondum a uiciis purgati: & hi eadem de causa cito cadunt. Tertii sunt qui sine tumore superbiæ sumunt iugum obedientiæ & cum reuerẽtia uadũt

per securum iter subiectionis. Tales paulatim confor-
tati a calore spiritus sancti efficiuntur infatigabiles & in
expugnabiles: sicque habentes scientiam præliandi: cum
diuino adiutorio perseuerant illesi usque ad mortē. Cur
ramus prompte tempus non crastinando uocante nos
domino nostro Iesu Christo: quia si breuiarentur dies
exiremus de hoc mundo sine fructu. Conemur place-
re Deo sicut milites regi terreno: quia post bellum ui-
ctoribus dantur magna præmia. Timeamus Deum si
cut timemus bestias. Vidi quosdam euntes ad furandū
qui audientes latratum canis retrocesserūt sicque timor
bestiæ fecit in eis, quod non fecit timor Dei. Amemus
Deū sicut amamus & honoramus amicos nostros. Vi-
di quosdam offendere Deum & non curauerunt sibi re
consiliari: & quia offenderant amicos suos minimo uer
bo submiserunt se cum omni solicitudine & multa tri-
bulatione per se & per amicos & parentes & cum mu-
neribus se inculpantes ut pristinam amiciciam refor-
marent. In principio nostri exitus de mundo cum labo
re uiolentia: & amaritudine operantᷣ uirtutes quia ma-
lus usus fere conuersus est in naturam. Sed postquam
aliquando tempore fecerimus nobis uiolentiam anima
non tristatur quamuis sensualitas non sit omnino sine
pœna. Quando uero uoluntas & nostrum mortale sci
re uicta sunt & absorta & potestatiuæ subiugata a uir-
tute donata animæ ex tunc operantur uirtutes cuꝫ gau
dio, solicitudine: desiderio: & flamma diuina. Quantū
sunt laudabiles hi qui a principio cum gaudio & prom-
ptæ operantur uirtutes & obediunt iniunctis: tantum
sunt miserabiles hi qui diu steterunt in religione & ad-
huc cum labore & dolore operantur. Non contemna-
mus quosdam mundo renunciantes sine sapienti deli-
beratione quia spiritus quandoque præ decipit animas.

Sepæ enim talis renunciatio meliori fine terminatur q̄ illa quæ fuit deliberata, sicut semē cadens de manu agricolæ ubi nō uult uberius q̄nq; germinat: q̄ studiosæ seminatum. Vidi quosdam ad monasteriū euntes nō ex sancta itentione sed necessitate coacti q fuerunt capti a multa sapientia abbatis & placida conuersatiōe monachorum. Hi postmodum receperunt a Deo lumen gratiæ & peruenerunt ad altum statum. Nemo se excuset q non possit transire a mundo ad statum monasticum quia ē magn⁹ pcōr hęc.n. nō ē hūilitas: sed amor uiciosus. Quinimo totum oppositum est faciēdum qa magnis uulneribus magna medicamēta sunt apponenda. Si uocante nos rege terreno ad suum seruiciū nō retardamus non excusamus attēdamus ne rege regū nos uocante ad religionē ex pigritia: & negligentia retineam⁹ & añ magnum tribunal iueniamur iexcusabiles. Ille q ē implicatus curis terrenis sine mr̄imonio & uult effici monachus est similis illi q uult currere manibus ligatis. Cum āt ē matrimōio astrictus ē similis hn̄ti ligatas manus & pedes qui nullo modo currere p̄t. Quidā sclares remisse uiuentes: me iterrogauerunt dicētes. Quomō possemus nos seq uitam mōasticam qui sumus mr̄imōio ligati: & terrenis implicati. Quib⁹ ergo rn̄di. Omne bonū quod potestis facere facite. Nolite detrahere non metiemini nō furemini. nemini uiʒ faciatis. nō ode𝓇itis pximos: estote sollicìti ad diuina & ad sanctas societates: cōpatimini pauprib⁹: nullum scādalizetis: nolite aliena rape: estote contenti uxoribus uestris: & si hæc feceritis non longe eritis a regno dei. Curramus lete ad pulchrum & bonum bellum diuini seruicii nō timētes inimicos. Ipsi respiciūt in faciē aīæ: ut si uiderint eam timore cōsternatam: tunc audatius īsurgunt cōtra eam. Ideoq; nos leti insurgamus contra eos: qa nemo liben-

primus gradus

12

ter occurrit militi audaci. Dispensatiuæ mitigat dominus bella incipientium: ne perterriti in principio reuertantur ad mundum. Et ideo letentur in domino serui eius: cognoscentes hoc primo modo caritatē Dei erga se. Sed ego uidi quasdam animas fortes & uiriles quibus a principio Deus duras tentationes permisit, uolēs eas cito coronare. Dominus nr̄ nō permittit ꝙ stantes in mundo sciant tentationes quæ sunt in uia dei & religione: quas quidem reputāt importunas sed uere sunt oportune. Nempe si scirent nemo transiret ad religionem. Hoc dicit secundum acceptionem male intelligentium quibus religio uidetur importuna sed uere est opportuna tamen eandem apparentem importunitatē abscondit Deus ab his qui sunt in mundo ut per sanctā deceptionem eos trahat & reuocat. Da prompte dn̄o Iesu Xp̄o labores tuæ iuuentutis: & gaudebis in senectute in diuiciis uirtutum qa senes nutriunt de lucro iuuentutis suæ. Et ideo nos iuuenes operemur feruenter & sollicite curramus: qa mors est icerta. Vere habemus inimicos malignos crudeles astutos: & potentes non dormientes immateriales inuisibiles: qui tenent ignem iu manu ut incēdant templum Xp̄i quod sum⁹ nos. Et ideo nullus iuuenis assentiat aut credat inimicis demonibus q sic dn̄t. Noli affligere corpus tuum: ne infirmeris. Vix qspiam reperitur in presenti gn̄atione: q uelit mortificare carnem suam priuare eam cibis delectabilibus. Intentio demonioꝝ sic consulentium est facere nos negligentes in principio nosttæ cōuersionis. & ut finis sit deterior principio illi qui sapienter uolūt seruire Christo in principio committunt se consilio: & obedientie patrum spiritualium qui cognoscunt quid sit utilæ animæ eorum ex familiaritatæ Dei: & per cōsilium: & obedientiam eorum sumunt locum uidelicet

modum & statum sibi conuenie͂tem. Monasteria .n. no͂ sunt cuilibet utilia praesertim nimis leto & guloso. Nec heremitoria sunt utilia tristi: furioso: & iracundo. Et io͂ conuenit considerare ad quam harum passionum ho͂ magis inclinet. Vniuersalis status conuersationis monasticae: diuidit in tres modos. Primus est monachum ee͂ solitarium & corporaliter ab aliis separatum. Secundus e͂ esse sub obedientia patris spu͂alis cum uno aut duobus sociis. Tertius est ee͂ in monasteriis cum patientia. No͂ declines (ait sapiens) neq; ad dextram neq; ad sinistram sed regia uia gradieris. Status medius conuenit multis. Primus e͂ piculosus: sicut dixit scriptura ue soli: q̄a si ceciderit sc3 in neglige͂tiam accidiam lasciuiam aut desperationem: non habet subleuante3. Sed ubi fuerint duo uel tres in nomine meo congregati in medio eorum sum dixit dn̄s. Quis e͂ ille monachus sapie͂s & fidelis q sub obedientia stans cu͂ labore & dolore conseruat primu͂ feruorem absq; tp̄e & usq; ad mortem no͂ cessat addere igne͂ igni: feruore͂ feruori: desiderium desiderio. amore͂ amori: & solicitudine͂ solicitudini. Talis iter seraphin collocabitur.

¶ Explicit gradus primus.

¶ Tu qui primum gradum nostrae scalae hic descriptu͂ ascendisti noli abire retrorsum.

¶ De non habendo affectum uiciosum ad aliquam re͂ gradus secundus.

ILle q in ueritate amat Iesum Xp̄m dn̄um Deum nostru3 ipsum porta͂do in corde suo & corpore & in ueritate q̄rit participare regnu͂ Dei hn̄s dolore͂ & de peccatis suis memoria͂ mortis tormto͝ & iudicii eterni posside͂s ex tu͂c n̄ amabit n̄ solicit⁹ erit n̄ curabit pecu͂ia͂: no͂ possessio͂es: n̄ pen

bti · ioanis clims

tes:nõ amicos:non honores huius seculi non aliud ter
renum.sed toto suo conatu ista a se abiiciens odio ha-
bebit etiam carnẽ suã:& sic nudus absq mutatione cor
dis & pigritia xp̃m sequetr intẽdetq in celum a Deo pe
tẽs auxilium:sicut ait ꝓpheta. Adhesit aĩa mea post te
Et alibi.Non renui sequi te pastorem:& diem hoĩs .i.
consolationem non desideraui tu scis Maxima cõfusio
ẽ iis q supra dicta reliquerunt postq̃ uocati fuerunt nõ
ab hoĩe sed a deo sollicitari de aliqua re quæ non sit uti
lis in hora mortis. Et hoc est quod dicit dñs aspicere re
trorsum:& nõ esse aptum ad regnum dei. Dñs q cogno
scit ꝙ uia spiritualis est lubrica incipientibus conuer-
sari cum secularibus est occasio reuertendi ad seculum
iuueni petenti redire ad sepeliendum patrem suum. Di
mitte mortuos sepelire mortuos suos. Postq̃.n.egressi
sumus de seculo demones btificant nobis seculares q̃ fa
ciũt opa mĩsicordię & dñt nos esse miseros & sine bonis
opibus in eoꝶ cõparatione. Intentio ãt inimicorũ no-
strorum ẽ cũ hac adulterina humilitate reducere nos ad
sclm:aut si manemus mõachi desperemus. Duobus.n.
modis pñt contẽpni sclariter uiuentes. Primo ex arro-
gantia & nostra propria reputatione.& hic modus est
malus. Secundo seruata compassione ab ipsis elongari
causa aquirẽdi regnum celeste & hic modus est bonus.
Audiamus quid dñs Iesus dixerit iuueni qui seruauerat
mandata. Si uis perfectus esse uade & uende omnia q̃
habes:& da pauperibus:& ueni & sequere me. Nõ est
uerbum quod esset ei necessarium ad recipiendum ba-
ptismum:Hoc uerbum debet bene sufficere:ad probã- ioanis
dum q̃ sunt necessaria pfectioni. Illi q uiuunt in mũdo cap. 2.
in uigiliis:& ieiuniis:& laboribus:affligentes seipsos in
pnia.& uolunt ire ad uitam monasticam si uolunt gu-
stare ueram dulcedinem dimittant oĩo primum modũ

Ser. 2 ... grad.

uiuendi: quia est corruptus respectu status monastici ꝑpter laudes humanas & usum proprie uoluntatis conplacentie. Ego uidi arbores plātatas iuxta limosa canalia cloace bene fructificantes que ī aridam transportate aruerunt. Arbores fructificātes iuxta limosas terras hoīes in mundo existentes qui per ostētationem. uanā gloriā: & laudes hoīum: bona faciunt sed ī monasterio habitantes nihil boni opant̄. eo quod nullus laudat ipsos. Ille q odit mūdū liber est a tristicia mūdana: sed non q inclinat̄ amore ad uisibilia: īter oīa: multa uigilia nobis necessaria est sed hoc singulariter laudam⁹. Vidi multos stātes in mūdo q ꝓpter sollicitudinē uitę secularis erant liberi a tētatione carnis: sed postquā trāsierūt ad uitā monasticā fuerūt turpiter sordidati. Hoc aūt prouenit ex negligentia ingratitudine: ꝓpria reputatione & inobeia. Attēdam⁹ ad nos ne decipiamur dicētes ꝙ uidimus ꝑ uiā arctā q̄ ducit ad uitā eūdo ꝑ latā q̄ ducit ad mortē. Artā uiā indicabit tibi & lucidabit tribulatio ueneris statio ad uigilādū in oꝛonibus ꝑ totam noctē mēsurę aquę: & panis penuria: subsānatiōes & derisiones: illusiones: decessio ꝓpriarū uolūtatū. ignominiarū poculū: passionū & impulsionū pacientia sub despectione esse sine murmuratione: uiolētia iniuriaꝝ lesus sustinere fortiter de detractione nō indignari contēptus & uilipensus nō irasci: iudicatus humilitari. Beati qui uadunt per hanc uiā quoniā ipsoꝝ est regnū celorū. Nemo intrabit regnū celorū portās coronā coram sponso nisi post trinā renūciationē. Prima est oīum negociorum seculi: hoīum & parētū. Secūda est ꝓprii sensus: & ꝓprie uoluntatis. Tertia est inanis gloriæ: quæ cōsequit̄ obediētiā. Exite de medio eorū & separamini & immūdū ne tetigeris: dicit dn̄s. Quis apud illos mirabilia fecit: Quis mortuos suscitauit: Quis demones fu-

gauit? Nullus. Ista enim sunt perfectorum sanctorum & monachorum brauia & certamina que mũdus capere non potest. Si enim posset, eorum esset supflua exercitatio & solitaria uita. Quoniã demones post renũciationẽ seculi incendunt memoriã nostrã amore parẽtum amicorũ & regiones pprie tũc necesse est ꝙ armemus nos memoria ignis eternalis ut extinguamus ignẽ qui cõsumit aĩam. Quicũꝗ credit se nõ amare aliquã rẽ uitiose & cõtristat dũ ea priuat: uere decepit seipsũ. Oẽs iuuenes qui inclinantur ad concupiscentiam: ad amorẽ carnalẽ: & ad delicias gule & uolunt adire ad uitã monasticã: debent primo exercere & probare semet ipsos cũ laboribus doloribus: & austeritatibus: abstinẽdo a deliciis & omni malicia ne fiant deteriores in mõasterio q̃ erãt in seculo. Quod bene cognoscunt hii q nauigant mare intellectuale idest qui habent discretionẽ Flebiles res est uidere hoĩes euasisse de pelago: & submergi in portu. Explicit. secundus gradus.

O tu qui curris fuge sequendo Ioth: & non uxorem.

¶ De uera peregrinatione que ducit ad deum.

¶ Tertius gradus.

p Eregrinari est deserere oĩa quæ impediunt pfectũ ad salutẽ. Ista sunt q̃ requirũtur ad peregrinationẽ: abiicere ppriam confidentiam & mores indisciplinatos esse uerecundum: celare sapientiam: non publicare suum scire: abscondere uitam & statum suum: uilitatis & tribulationis appetitus multitudo sanctorum desideriorum: amor domini iesu: odium nominis sanctitatis & sapiẽtię: & profunditas silentii. Ista peregrinationis cogitatio consueuit a principio infestare ueros seruos dei & quasi diuino igne stimulare sub intentione boni: & ma-

172 bh ioanis abbatis

loris pfectionis. Sed q̄ta est magna & laude digna: tan
to eget discretione in his qui uolunt eam sequi qa non
oīs pegrinatio est munde intētionis. Dn̄s dixit ꝙ ꝓphe
ta est sine honore in pr̄ia sua. Idcirco caueamus ne ua/
damus ad aliā pr̄iā ut honoremnr. uera pegrinatio fa/
cit hoiem relinqre oīa: ut mēte isepabiliter ihereat deo
Peregrinatio generat lacrimas. Tu qui uis eē peregri/
nus & stare in deserto noli sustinere mori tecum ani//
mam amatricem mundi: quia latro uenit quando non
credis. Multi uoluerunt tenere secum peregrinos negli
gentes ut eos saluarent: & perdiderunt se cum ipsis qa
feruor eorum paulatim fuit extinctus hoc dicit de inci
pientibus. Non iniungitur omnibus saluare alios unde
paulus dicit apostolus. Omnes pro se reddent rationem. Item
5 tu qui alium doces teipsum non doces. Quasi dicat.
de aliis nescimus: de nobis autem omnino oportet
Luc cap scire. Tu qui es factus peregrinus arma te: ut repellas
spiritum girouagum & amatorem uoluptatum. Iste spi
24. ritus facit pauperem monachum & instabilem dicens
ei. Vbiq; habes tantundem sicut hic scilicet uictum. Itē
expellit eum a loco praecioso: & facit querere loca con
solabilia. Bonum quidem est non habere affectum ui/
ciosum ad aliquam rem: & hoc acquiritur ex peregri//
natione. Verus peregrinus caueat ne amplius adhe//
reat mundo: quia natura uiciorum est illuc uelle reuer
ti ubi primo steterunt. Prima mulier eua q̄ uolunta/
rie exulauit a paradiso: sed sapiens peregrinus uolun/
tarie exulat a patria. Eua etiam concupiuit pomum in
obedientiae & monachus si patriam concupiscit patie/
tur damnum a suis secundum carnem. Fuge sicut a fa/
cie flagelli loca in quibus sunt occasiones peccandi: qa
pomum quod non est praesens minus concupiscitur.
Nolo tibi celare hanc inimicorum fallacem persuasio/

nem. Dicunt enim magni esse meriti seruare castitatem conuersando cum mulieribus non oportet eis obedire sed contrarium facere. Postquam nos steterimus aliquando tempore elongati a parentibus & acquisiuerimus aliquam religiositatem puta castitatem abstinentiam: continentiam. uel compunctionem. tunc persuadent nobis demones quod reuertamur ad patriam pro ædificatione illorum qui sciunt nostram priorem malam uitam. Et si adepti fuerimns scientiam spiritualiter loquendi. tunc dicunt quod reuertamur ad docendum pro salute animarum. Sed nos intendunt in hoc decipere: ut quod acquisiuimus bene in portu dispergamus male in pelago. Studiose sequamur loth & non uxorē quia si anima reuertitur unde egressa est liquescit: ut sal & fit immobilis quasi lapis. Fuge de ægypto & noli regredi quia corda quæ illuc regressa fuerunt non meruerunt uidere hierusalem. Insipientes & parui spiritus quandoque reuertuntur ad patriam quam reliquerunt in suum damnum quandoque perfecti reuertuntur ad patriam cum salute sua pro aliorum utilitate: sicut magnus contemplator moyses regressus est in egyptum pro liberatione populi sui: ubi multa mala perpessus est. Melius est contristare parentes quam dominum iesum christum: quia ipse nos creauit & saluauit. sed parentes sepe fecerunt damnari se amantes. Peregrinus est qui conuersatur inter sapientes quasi inscius. Debemus deserere patriam parentes & amicos: nō ex odio. sed quia sunt impedimento ad salutem animæ. Et de hoc magister noster Iesus dedit nobis exemplum in seipso sicut & de aliis uirtutibus: quando aliquotiens dereliquit parentes suos secundum carnem. Vnde ei qui dixit: ecce mater tua & fratres tui querūt te. statim bonus magister demonstrauit odium sine ui

cio dicēs. Que ē mr̄ mea & q sunt fr̄es mei qcūq; fece
rit uolūtatē p̄ris mei q i celis ē: hic me⁹ frater & soror
& mr̄ ē. Sit pr̄ tuus quicūq; uult laborare tecū ad tollē
dū pōdus pc̄i. Fr̄ tu⁹ sit q te ammonet & ducit ad uitā
spūalē uxor tua sit memoria mortis cū q̄ uadas cubitū
iaceas & surgas. Filii tui sint gemit⁹ & suspiria cordis.
Seruus tuus sit corpus tuū. Amici tui sint sanctę uirtu
tes q uere tibi subuenient in hora mortis. Ista est paren
tela monachorū querētiū dn̄m. Amor & desideriū dei
extinguit in aīa affectū parētū: sed q credit utrūq; pos
se simul habere: decipit seipsum audiens eū q dixit. Ne
mo potest duobus dn̄is seruire. Et id qđ sequit. Nō ue
ni pacē mittere in terrā. idest amorē parētū ad filios &
filiorū ad p̄entes. sed gladiū. i. ueni separare amatores
dei ab amatoribus mundi. īmateriales a materialibus
humiles a q̄rentib⁹ honores. Caue caue ne mundus
uideat̄ tibi inundare tribulatiōes sup tuos parētes: &
q; rationabiliter debes eis succurrere. Hoc suadet tibi
sathanas cū amore uicioso quē habes ad eos ut sumer-
garis ī diluuio mundi cū eis. Ne miserearis lacrymarū
tuorū parētū: ne cogaris plāgere in eternū. Q n̄ paren-
tes tui circūdant te sicut apes imo sicut uespe sup tela-
mētū facientes tunc reduc an̄ oculos mētis tua pc̄tā &
mortem: & ab hac cogitatione necesses donec uincas
dolorē cū dolore. Promittūt nobis astute n̄ri amici im-
mo s̄m aīam inimici q; ipsi facient nobis quecūq; bōa
desideramus si nō recedamus ab ipsis: sed intentio eoꝝ
est finaliter subuertere nos. Si mutamus loca semp q̄
ramus uilliora & paupiora & priuata deliciis & solacii
seculi & maxie laude & uana gloria & segregata a stre
pitu mūdi. Et si sic nō facimus uolamus cōuitiis & pas
sionibus. Absconde tuā nobilitatem & noli publicare
tua bona pōmpatice ne alius inueniaris in dicto alius

in facto. Nemo fuit tã magnus peregrinus sicut patri-
archa abraam cui dñs dixit. Exi de terra tua & de co-
gnatione tua: & de domo patris tui. Et fuit uocatus ad
terrã & linguã barbaricã. Quendã peregrinũ glorifica
uit deus ad similitudinẽ huius abrahę & etiam ulterius
sed quãuis deus hoc dederit: tamẽ est bonũ celare sub
palio humilitat . Quando demones aut homines nos
cõmendãt de peregrinatione tanq̃ de grãdi perfectiõe
tũc recordemur illius qui pro nobis de celo ad terrã de
scendit factus peregrinns: & sic cognoscemus ꝙ nõ pos
sumus adimplere uerã peregrinationẽ. Sicut impossibi
le est eodẽ oculo simul aspicere celũ & terrã sic impos-
sibile est non perire ſm animã eum qui a suis domesti
cis nlõ se facit peregrinũ quantũ potest corpore & cogi
tatione. Boni mores quos acquirimus cum magno la-
bore possunt perdi in momento temporis: qa nõ solũ
magna peccata sed mala colloquia secũdũ apostolum
corrũpũt bonos mores nõ solum uiciosa sed etiam lasci
ua uel uerba ornata sapientia mundana quia per fastũ
inflate eloquentie leuamur in superbiaȝ. Ille qui postq̃
mundo renũciauit cõuersat̃ cum mundanis & stat iux
ta eos. omnino necesse est ut cadet ĩ unũ istorũ laqueo
rum sed aut in opera eorum: aut contaminetur in cor-
de per delectationem mali: aut si non contaminetur
hoc modo: coutaminetur superbia alios iudicando.

¶ De somniis sub eodem gradu.

i Mperfectio nostræ scientiæ & intel
lectus & nostra ignorantia non potest occul
tari: quia sicut per gustum descernuntur ci-
bi sic ex auditu cognoscuntur quæ sunt inmente. Sol
manifestat infirmitatem ocnulorum: & insipien-
tiam sermo. Sed quoniam lex charitatis impellit ad

ea que sunt supra uires, uidet mihi conueniens infra tractatū peregrinationis interponere aliqd de somniis ne omnino ignoremus deceptiones demonum. Somnium est mutatio mētis: nō mutato corpore. Fantasia est illusio oculoꝝ in dormiente mēte. Fantasia est excessus mētis uigilante corpore. Fantasia est contemplatio non ꝑmanens. Causa huius tractatus de somniis in hoc capitulo est quasi manifesta: qa postq̄ reliquimus parentes & patriam & mundum & facti sumus peregrini propter deum tunc demones conturbare conantur nos per somnia ostendentes ꝙ parentes & domestici nostri sunt mortui uel angustiantur propter nos. Qui sequit somnia est similis currenti post umbraꝫ credenti comprehendere illam. Demones inanis gloriæ in somniis demonstrāt ꝓphetias: qa cum sint astuti cognoscūt futura ꝑ cōiecturam & faciūt ea nos uidere in somniis: ut cū post uiderimus in affectu subleuemur in supbiam, credētes appropinquasse grē ꝓphetarū. Demon sepe efficit ꝓpheta in his qui somniis obediūt: sed ab his qui spernūt semp cognoscit mentiri. Modus per quem demones cognoscūt futura: est iste: qa cum sint spiritus uident corporalia & eoꝝ cās. Vnde cognoscentes ꝙ aliqs debet mori: in somniis ꝓphetant hoc credūt his q sunt leuiores & uani. Et non aliter cognoscunt demones uentura: nisi per causas quas uident. Et hoc modo medici & incantatores & hoies expreti sepe prædicāt futura. Sepe demones transfigurant se in angelum lucis uel in aliquem sanctum & adparent nobis ꝑ somnia: ut cadamus per propriam reputationem & supbū gaudium. Et sit tibi hoc signum deceptionis quia boni angeli semper ostendunt nobis penas & iudicia: ut euigilantes plangamus & timeamus. Sed si per ista cogitatio desperatiōis nos molestat: scito pro certo ꝙ hoc est

a demone. Qui credit somniis, omnino est stultus & ua
nus incredulus uero est amator sapientiæ.

¶ Explicit tertius gradus.

¶ Tertius equalis numerus trinitati cursus & uia.

¶ Tu qui ascendisti: ne declines ad dexteram neq; ad sinistram.

¶ De obedientia quæ sequitur Christum. Quartus gradus.

Post prædicta rationabiliter debem⁹ ponere tractatū obedientiæ, quia sicut flos præcedit fructū sic peregrinatio corporis: & uoluntatis præcedit obedientiam. Et cū istis duab⁹ uirtutibus quasi cū duabus aliis aureis anima obediens regredit ad celum. De his aliis propheta in spū sancto dicit. Quis dabit mihi pennas sicut columbe, & uolabo p uiā actiuā & requiescā humili contemplatione? Ideo non spernamus loqui de statu & armis eorum qui certant sub ista sancta obediēcia, sed cogitemus qūo tenēt scutū fidei firmiter erga Deum & prælatū: cū quo scuto a se repellunt oēm cogitatum infidelitatis & præuaricationis. Tenent etiam euaginatū gladiū spiritus ad occidendū oēm ppriam uoluntatē: iduti loricā patientiæ & mansuetudinis ad tollerandum pacifice uulnera uerbi & facti: & super caput hñtes galeā salutis in defensionē. s. orōnem pr̃is spūalis. Et sic armati unū pedē extendūt ad seruiciū: & ministrationē frm alium tenent fixum in orōne. Obedientia ē pfecta abnegatio ppriæ aiæ pfectæ demonstrata uerbis & opibus. Obediētia ē abnegatio pprii corpis p aiam feruenter oñsa. Obediētia ē motus nō pscrutat⁹ mors uolūtaria. uita sine sollicitudine: piculū sine dubitatione. nō pcogitata Dei excusatio, carētia timoris mortis. Obediētia est satisfactio

cara Deo: nō timēs mortē. Obediētia ē nauigatio sine damno: & ē ire p uiam dormiendo. Obediētia ē sepultura uolūtatis & resurrectio humilitatis. Obediētia nō cōtradicit: nō differit: mortua ē in malis & in bonis apparētib9. Prelatus obediētis: reddet rōnem p eo. Ista mortificatio corpis: aīæ: & uoluntatis in pricipio fit cū labore & dolore: in medio aliqn̄ sine dolore aliqn̄ cū dolore. In fine uero sine dolore cū pfecta trāqllitate mētis ymo tūc contristat̄ iste btūs mortuus & uiuēs qn̄ se uiderit facere ppriam uoluntatē timens pondus sui iudicii. Oēs q uultis uos spoliare ad currendū per campū cōfessiōis intellectualis: oēs qui uultis uos armare ad intrandum bellum martirii spiritualis: oēs qui uultis Xpi Iesu magistri iugum tollere. oēs q accleratis uestras spontaneæ scribere emptiones: & p illis libertatē uobis rescribi uultis oēs q uultis ponere onera uestra sup humeros alioꝝ oēs qui uultis natarae sup ulnas alioꝝ & sustentari sup aquas & transire sine piculo grande pelagus huius uitæ: scitote q eligitis uiam breuem sed aspam q̄ habet solam unam deceptionem. s. motū: ordinem: regulam formam & cōplacentiam ppriæ uoluntatis: q̄ q̄ pfecte abnegauit iā puenit anteq̄ icipiat ire. Obediētia ē nunq̄ sibi credere usq; ad mortē de aliquo bono. Q n̄ nos cogitamus ponere collū sub iugo obie ut pueniamus ad humilitatē & salutē si habeamus sensum & descretionē discutiamus nr̄m cōductorē anq̄ ponamus nos sub eius obediētia ne decipiamur cōmittentes nos uni marinario loco patroni uni infirmo loco medici uni uicioso loco uirtuosi ne dum intrauerimus pelagus ducamur ad piculū: credētes duci ad portū. Sed postq̄ ītrauerimus ītatū obediētiæ nō amplius iudicem9 nr̄m ducē & ordinatorē nr̄i prælii q̄uis aliquos minimos defectus uideamus in eo sine qbus nō p̄t humanus status eē qa de nr̄a

aetatis sue anno 51 anno

subiectione nullā hēmus utilitatē si iudicamus p̄latos nostros. Ad conseruandam sp fidem: & deuocionē uersus pastores nostros necesse ē tenere in memoria utilitates ip̄ūales q̄s recipimus ab eis: ut qn̄ demōes conant̄ seminare in corda nostra infidelitatē cōtra eos imponamus eis silentiū: qa quanto fides erit uigorosior in corde tāto p̄mptius corpus obediet. Sed q cadit in hāc infidelitatē ut iudicet p̄latum suū cadit in uiciū supbiæ: & oē opus eius ē corruptū pcō. Q n̄ cogitatio tua te iducit ad iudicandū pastorē tuū discede ab ea sicut a fornicatiōe: & ne des regem nec itroitū aut principiū huic serpēti sed dic dracōi. O seductor discede: qa nō suz ego factus iudex p̄lati mei sed ipse meus. Sācti p̄res dixerūt & determinauerūt q̄ armatura aīæ erant psalmi. orō murus lacrimæ lauatoriū: sed sctā obediētia ē uerax martirium sine qua quispiam uiciosus nunq̄ uidebit dn̄uz Iesū. Perseuerant obediēs d̄dit sn̄iaz ɔtra se: & q̄uis adhuc sit manifestum pfecte spoliauit se suo pctō: & dei iudicio. Sed subditus q in aliquo uult facere suā uolūtatē q̄uis fingat se obedire: portabit tn̄ iudiciū sui pcti. Si uero p̄latus eū corrigit & ipse suscipit pn̄iam bn̄ stabit aīa sua sed si p̄latus tacet: nō habeo qd dicā. Obediētes cuz simplicitate cordis currūt p bonā uiā &: perueniunt ad pfectionē. Sed caueāt a malicia d̄m onū: ne discedāt ab isto statu p dubitationē de bōitate & sensu p̄lati ne ēt p discretionē uolentes plus cognoscere q̄ p̄lati sui. Nec celēt eis cogitatiōes suas: qa qdlibet istoꝝ ē p̄ncipiū iobedientiæ: sed a p̄ncipio cōfiteant̄ oīa pctā sua suo iudici sp̄ūali: ēt si mandauerit confiteant̄ ea corā oī populo: qa q detegit uulnus suū nō d̄teriorabit̄ sed cito saluabit̄ Et pro certitudine huius rei narro quandam expauescendā sententiam cuiusdā bōi iudicis quā ego uidi. Dū essem ego in eius mōasterio uenit unus latro uolēs effi

ci mõachus: quē abbas perfectus & uerus pastor & medicus aīaꝝ fecit stare septē dieb⁹ ad cōtēplādū modū & statū monasterii. Postea ipsum īterrogauit si placebat ei remāere. Rñdit. Placet. Tunc abbas dixit. Volo scire quicquid īhonestum fecisti in mundo. Tunc latro confessus eē ei omnia peccata sua. Postea dixit abbas tentatiue ꝙ uolebat ut manifestaret ea corā oībus frībus. Et latro quæ perfectæ oderat sua pcā ꝓmisit hoc facere, dicens abbati Si iubes etiam dicam in platea alexādriæ Tunc abbas fecit congregari oēs monachos in ecclesia qui erant numero ducēti triginta: & post lectum euāgelium fecit uenire illū pctōrē sine pctō manibus ligatis post tergū. uestitū cilicio: capite nudo & puluere asperso: & unus trahebat eum fune alter seqbat̄ discrete uerberando. Ad hoc spectaculum oēs frēs commoti sunt ad fletū qa nemo sciebat quare abbas hoc faceret. Appropinquante autem ad fores ecclesię benignus abbas clamauit uoce magna dicēs ei. Siste: qa non es dignus intrare in locum sanctum. Ad hanc uocē perterritus latro (qa sicut postea iuramēto firmabat nō credidit audisse uocem hoīs sed grande tonitruum subito cecidit in terram cum grandi tremore & totum locū ubi iacebat lacrimis irrigauit. Et ille admirabilis medicus qui in oībus procurabat salutē animæ suæ dans formā efficacis humilitatis suis monachis permisit: ut specificæ diceret omnia peccata sua corā eis. Qui cum timore oīa confessus est horribilia ad audiendum: non solū de peccatis carnalibus secundū naturā & contra naturā cū rationabilibus & cū irrationabilibus sed ēt de homicidiis & ueneficiis cū multis aliis quæ nō sunt scribenda. Post hoc fecit eum idui monastico habitu admirans autem ego de sapientia illius sancti abbatis separatim interrogaui qua de causa fecerat hanc nouam rē. Qui respon-

dit. Duplici. Prima est quia per hanc confessionem fuit liberatus a finali confessione. Recepit enim remissionē omnium peccatorum antequam discederet ab illo lo-co: & surgeret a pauimento. Et non uideatur tibi hoc icredibile (o fr̄ Ioannes) quia unus đ frībus q aderāt mihi dixit ꝙ uidit quendam hominem terribilem cum penna & carta in manu stantem iuxta latronem: & si-gillatim sicut latro confitebatur ille delebat iuxta uer-bum propheticum. Dixi confitebor aduersum me ini-quitatem meam & tu remisisti impietatem peccati mei Secunda causa est quia habeo aliquos fratres non con-fitentes peccata sua q ex confessione huius fuerunt cō-fortati ad confitendū ea. Sine confessiōe. n. nemo re9 saluabitur. Vidi in illo monasterio & in monachis: & in abbate res admiratione dignas & utiles ad memorā-dum ex quibus aliqua manifestabo: quia steti cum eis non modico tempore. Et contemplādo eorum cōuer-sationem: admirabar quomodo homines terreni tene-bant statum angelicum. Erat enim inter eos indissolu-bile uinculum caritatis: & quod mirabilius est: cum sic se perfectæ amarent erant nihilominus liberi ab omni ocioso sermone: confidentia: & affectu singulari. Et su-per omnia studebant ne offenderēt conscientiam socio rum: quæ offenditur multimode. Offendit enim quan-do uis uideri melior aut maior eo aut quando eum de-spicis aut spernis aut frangis ei fidem. quando murmu-ras de eo quando aliud dicis eo in uerbo & aliud facis in facto. Et quando reperissent aliquem offendisse fra trem suum abbas expellebat detractorem de monaste rio & mittebat eum ad carcerem dicens: quia non ma-gis decebat demonem uisibilem stare in monasterio q̄ inuisibilem. Demonem uisibilem uocabat monachum detractorem. Vidi certissime in illis sanctis uirtutes ma

nifestari dignas fraternitate scilicet caritate ligatam:
mirabilem operationē & contēplationem. Sic eniꝫ so
licitam curā gerebat unus ꝑ alio in exerciciis & ꝑfecti
bus spiritualibus & unus alium ad bonū excitabat ut q̄
si non egerent solicitudine prælati. Fecerant enim iter
seipsos quasdam ordinationes multū deo acceptabiles:
qa si abscente p̄lato quispiam cepisset alicui detrahere
aut ipsum iudicare: uel cōdemnare aut ociose loq. statiꝫ
alius frater annuebat ei ut taceret. Et si nō ex tali signo
se corrigebat: tunc frater q signū fecerat genuflectebat
corā eo dicēs culpam suam & recedebat: ut saltē ex hoc
ꝑo signo cognosceret defectum suum. Consueuerāt sp
loq de utilibus ex qbus recordarent̄ de morte & iudicio
eterno. Non tacebo perfectionem coci illius mōasterii
quem ego uidi q cocus sollicite itēdebat officio suo hn̄s
continuos fletus & compunctionē cordis. Hūc ego ro
gaui ut mihi diceret qūo hanc gratiam receperat a Deo
Et ille a me coactus r̄ndit. Nunq̄ cogitaui in meo mini-
sterio seruire hoībus sed Deo sp me reputaui indignuꝫ
qete: & ex uisione huius ignis recordor de flamma in-
ferni. Audite aliam perfectionem. Dum enim sederent
ad mensam non cessabant ab ope mentali imo cum q-
busdam modis signis: & actibus admonebant seipsos re
ducententes mortem ad memoriam. Et hoc non soluꝫ
in mensa faciebāt. sed ubicūqꝫ sibi obuiabāt: aut cōgre-
gabant̄. Item si qsquam ex eis in aliquo deliqsset: alii fra
tres rogabant eum ut dimitteret eis sollicitudinem sa-
tisfaciendi abbati uolentes facere pniam ꝑ eo. Et sic ab
bas mitius rep̄hendebat sciēs hūc modū discipuloꝝ suo
rū dubitās si ille q rep̄hendebat̄ esset culpabilis. Nec cu
rabat scire qs uere cōmisisset defectum. Q ñ mota fue-
runt iter eos uerba ociosa: aut icitātia ad risum. Si qsq̄ i
cepisset litigare cum ꝑxio tūc alius frater itrās iter oēs

genuflectebat dicens suā culpā: & hoc mō sedabat irā & litē. & si qsq̄ eorꝫ oio uoluisset litigare aut se uidicare denūciabat ei q tenebat uicem abbatis: q eos recōcilliabat ante solis occasum. Si autem qsq̄ induratus nolebat recipe hanc correctionem: non sinebat eum comedere nisi prius reconciliaret aut eum expellebat de monasterio. Nec erat inutilis apud eos iste modus: sed multū fertilis. Multi actiui & contemplatiui erāt īter nos & erat res miranda non solum hoīb⁹ sed etiam angelis uidere ibi ueneradōs canos sanctitatæ decoros currere ad obedientiam ad modum paruulorum quia pro magna gloria reputabant propriam humilitatem idest facere uilia seruitia. Vidi in dicto monasterio quosdam qui steterāt sub obedientia quinquaginta annos quos ego rogaui ut mihi dicerent quas consolationes receperant de tantis laboribus. Quidam eorum responderunt ꝙ intrauerant abissum humilitatis: per quam omnem tentationem potenter repellebant. Alii dixerunt ꝙ erant in tanta tranquillitate mentis quod nullam penam sentiebant de aliqua iniuria eis dicta uel facta. Vidi quosdam inter eos memoria dignos qui post conuersationē angelicam & uenerabilem caniciem peruenerunt ad ꝓfundam sapientiam & simplicitatem. & innocentiam uoluntariam & non fictam. Et non erant similes senibus seculi qui sunt deliri: sensu: diminuti: uaniloq incipientes: indesciplinari pigri & ficti. sed foris erant leti: & māsueti qd raro īuenit. Intus uero in aīa erga xp̄ꝫ & pastorē suū simplices erāt & īnocētes ad modū ꝑuulorꝫ sed cōtra demōes & uicia terribiles & astuti. Deficeret tp̄s uitę meę o scē pr̄ o dilecta cōgregatio anq̄ possem narrare uirtutes & celestē uitā illorꝫ. Sed puto utilius ornare nostrū sermonem laboribus & doloribus & sudoribus illorꝫ dolencium & incitare nos ad zelū scitatis

eorum exemplis q̃ meis uilibus ammōitionibus. Hoc sine contradictiōe uerum est qa res minus bona meliore decoratur. Rogo igitur uos ne suspicemini me fingere quę scribo quia mors est infidelium scanctam ueritatem & utilitatem deprauare mēdaciis. Quidam de pn/cipalioribus ciuitatis alexandriæ nomīe ysidorus ante hos annos in p̄dicto monasterio mundo abrenuncia/uit quē ego adhuc ibidē repi. Cūq; ille sanctus pastor eum respiciens uersutum crudelem & arrogantem co/gnouit p̄cogitans astutias demonum dicit ysidoro. Si tu uere elegisti assumere iugum Xp̄i: oportet ut probe ris & obediētiā exercearis. R̄ndit ysidorus. Sicut ferꝝ dat̄ in manu fabri ut faciat de eo qcqd uult: sic sc̄tē pa/ter me tibi offero. Tūc abbas ponēs eū ad probationē sicut ferꝝ dicit uolo ꝙ stes in porta monasterii & omni intranti & exeunti genuflectas dicēs. Ora pro me quia pcōr sum. Cui ysidorus tam perfecte obediuit sicut angelus Deo. Et p̄seuerans in illa obedientia septem ānis uenit in ꝓfundissimā humilitatē & cōpunctionē. Post hoc uoluit abbas eum ordinare & tanq̄ dignū ponere ī numero monachoꝝ. Ille uero me & quosdam alios fe/cit intercessores apud abbatem ꝙ sineret eum finire uitam suam in illo statu: īnuēs nobis ꝙ dies suæ uocatiōis appropinquabat. Et sic factum est. dimittente. n. eū ab bate in illo statu: decimo die qeuit in pace. Septīa āt die post eius dormitionē: simīr qeuit ianitor monasterii: qa ysidorus ei p̄dixerat. Si habuero fiduciam apud Deū in breui eris mecum. Quod qdam factum ē ad certitu/dinē suæ beatitudinis q̄ acqsiuerat p hūilitatē & obediē tiā Interogaui hūc magnū ysidoꝝ añ suā mortē qd opabat̄ mēs eius in porta. Et non mihi celauit pp aliorum utilitatem dicēs. In principio cogitabā me uēditum pp peccata mea & iō faciebā illam penitentiam cum multa

amaritudine & uiolētia. Cōpleto primo anno uiuebā sine tristicia cordis: expectās a deo aliq̄ mercedē paciētię & obedientię. Cōpleto uero secundo anno con sensu cordis reputabā me indignū stare in monasterio: & uidere faciem patrum uel loqui cum illis aut recipe diuina sacramēta. Et ideo semper terram respiciens petebā orationē ingredientiū & egredientium. Sedētibus nobis in mensa: abbas apposuit suū sanctū os ad aurē meā dicēs. Vis ondā tibi i ꝓfunda canicię diuinā prudētiā & ego rogo. Tunc ille uocauit unū de secunda mensa noīe laurentiū q steterat quadraginta & octo annis in monasterio: & erat secūdus sacerdos ecclesiæ. Veniēs aūt ille genuflexit humiliter. Quē abbas sic demisit stare añ mēsam a principio refectionis sine cibo: & absq aliquo uebo ita ꝙ ergo uerebar respicere in faciem eius cum esset canus octogenarius. Postquā aūt sic stetit fere duabus horis accepta bndictione finitoq prādio abbas surgens de mensa misit eum ad supradictū ysidorū ut diceret ei principiū tricesimi noui psalmi q incipit. Expectans expectaui dñz. Ego aūt astutus & maliciosus nō fui negligens interrogare illū antiquū quid cogitauerat interim dū esset corā abbate. Et ille rñdit. Ego attribui abbati ymaginē xpi: ac si stetissem coram eo & nō cogitabā ꝙ abbas ꝑcipet sed xps. vñ o pr̄ iohānes nō stabā ego añ mēsam quasi añ mensam hoīum sz sicut corā altari ad adorādū dñm: nullā oīo habens malā cogitationē aduersus pastorē pp fidē & caritatē quā hēo ad eū sicut dicit sctūs paulus ꝙ caritas non cogitat malū. Et hoc scito pr̄ ꝙ qn̄ aliquis cū innocētia & simplicitate dimittit se in manibus alterius ex tunc nō dat locū maligno cōtra seipsum. Ille uerus pastor rōnabiliū pecudū hēbat quēdā dispēsatorē rerꝫ monasterii. castū māsuetū & ꝓuidū. Cōtra ipsum dispensatorē abbas ꝓ

utilitate aliorũ motus ad iram sine causa fecit eũ expelli de oratorio & ego eũ secrete excusabã: sciens ꝙ nõ erat culpabilis in eo qđ ei abbas impõebat Tũc sapiẽs abbas rñdit mihi. Scio ꝙ nõ ẽ culpabilis. sed sicut miserũ ẽ tollore panẽ de manu puerorꝫ faelicorꝫ: sic hĩs regerẽ aias offendit: si nõ auget coronã sui discipli ↄtinue p iniurias: uitupia: & cõteptus quãtũ cognoscit ꝙ possit substinere & in tribus maxime descendit. Primo qa priuat discipulũ mercede reprehẽsionis. Secũdo qa priuat alios exẽplo quod recipẽt de uirtute alterius. Tertio quod est grauissimũ illi q reputanẽ pacientes & uirtuosi: si ad tẽpus nõ tangunẽ reprehensione prelati: pdunt priorem patientiã & mansuetudinẽ. Et de hoc habemus exẽplũ de terra bona & pingui q si fodiaẽ & aretur facit multũ & bonũ fructũ. Si aũt dimittaẽ inculta germinat spinas & tribulos. Sic bona aia si exerceatur cũ obedientia reprehẽsionis & iproperii facit fructus uirtutũ: si uero nõ exerceat germinat spinas supbię: irreuerentie: & fornicationis. Et ideo scũs paulus pcepit thymotheo dicens. Insta opportune iportune: argue obsecra: increpa. Opportũe iportune. i. siue placeat siue displiceat. Et me litigante cum abbate de hoc propter infirmitatem spirituum presentis generationis: quia sepę propter reprehensionis irrationabiles monachi turbantur & discedunt a monasterio: ille respondit hoc notabile uerbum. Anima que pro iesu christo se ligauit & obtulit a caritate & fide pastoris non separabitur etiam usqꝫ ad sanguinem lesa: maxime si receperit ab eo beneficium spirituale super uulneribus peccatorum suorum: memorans illud apostoli dicentis. Quia neqꝫ angeli: neque archangeli: neque principatus: neque potestates: neque creatura alia separabit nos a caritate Christi. Sed anima que sic non est

dicit basilius in libro suo

Vti ioanis abatis

ligata fixa: & coniuncta: miror si non moratur inuti-
liter in monasterio: quia anime ficte & apparenter sub
iectæ non prodest obedientia. Audiamus diuinam
sapientiam admirantes quomodo reperiatur in uasis
fictilibus. Existēs ego ī illo monasterio admirabar pa
ciētiā & fidē nouiter uenientiū. Admirabar etiam susti
nentiā reprehensionū & iniuriarꝫ quas faciebant p̄lati
subditis: & quomō ipsi aliquādiu sustiebant talia nō so
lū a p̄latis sed ēt a minoribus. Vnde causa certificatiōis
semel interrogaui quendā q steterat in monasterio qui
decim annis nomine abbakirū quē uidebā sepe ab om
nibus offendi: itaqꝫ seruitores sepe eum eiiciebant de
mēsa quia erat aliquantulū loquax quod habebat a na
tura. Dixiqꝫ ei. Frater abbakire quid est hoc ꝙ uideo
quasi cōtinue te eiici de mēsa & ire dormitū sine cena?
Tūc ille respōdit. pater crede mihi quia isti patres mei
probant me si sum dignus effici monachus: nec hoc fa
ciunt ex iniquitate. Et ideo cognoscens eorum bonam
intentionem sustinui paciēter iam quindecim annis: qa
in principio quando ego ueni dixerunt mihi ꝙ triginta
annis debet probari q uult effici mōachꝰ. Et iuste hoc
fit o pater Ioannes: quia aurum quod non sustinet for
nacē non est purum aut perfectum. Sustinuit auteꝫ ad
huc duobus annis iste nobilis abbakirus & quiescens ī
pace: dixit hoc notabile uerbum patribus monasterii.
Gratias ago uobis & domino iesu christo. Quia enim
pro mea salute me tentastis: steti. xvii. annis non tenta
tus a demonibus. Quo mortuo: iustus pastor fecit eum
tanquam dignum confessorem collocari cum sanctis q
in monasterio quiescunt. ¶ Offendo uirtutum ama
tores si taceo perfectionem Macedonii primi diaco-
norum illius monasterii. Semel epiphaniæ super-
ueniente solemnitate duobus diebus ante: a pa-

Scl · s · B · ionnis

store petiit ire ad ciuitatem alexandriæ pro necessariis cõuentus: & stati reuerti. Sed demõ inimicus boni procurauit ei impedimetũ: ita ꝙ non rediit nisi die sequenti solē nitatem. Post cuius regressum pastoreum de statu & officio suo amouit: & posuit cũ ultimis nouitiis. Bonus uero archidiaconus minister pacientię suscepit reprehēsionē & sententiã abbatis sic sine tristicia: quē admodũ si alteri & non sibi hęc facta fuissent & stetit in illo statu quadraginta diebus. Deinde abbas reduxit eũ ad priorē gradũ ubi dũ stetisset uno die: rogauit abbatem ut reponeret eũ in gradu penitētie prioris dicēs ꝙ cõmiserat fornicationem in ciuitate: hoc licet abbas nõ crederet (quia sciebat illũ hoc dicere ex hũilitate) tñ assensit. Et erat mirabile uidere hoiem canũ iter nouicios & dicere fratribus cũ puro corde & perfecta humilitate orate pro me quia cecidi in fornicationem inobedientię. Mihi aũt indigno iste macedonius reuellauit quare petierat stare in illo infimo gradu dicens nũq̃ se sensisse talē mentis libertatem tãtãq̃ dulcedinē nec tale lumen diuinũ qualia tunc sentiebat. Proprium angelorũ est nunq̃ cadere quia nõ possunt: sed hoium est ꝓpriũ post casum semper posse resurgere. Demões uero semel ceciderunt: & resurgere non possunt. ¶ Ille cui dispensatio monasterii cõmissa erat hoc mihi retulit in me confidens. Cũ essem inq̃d iuuenis & aĩaliũ curã haberem subinductus (ut assolet) fui in grauissimũ aĩę lapsum. Grauissimũ aĩę lapsum dicit quia furtiue: & occulte comederat extra ordinarie ex his que animalia portant quod est grauissimum & pene inexpiabile pcm (ut docet magnus pater Basilius in principio regule sue) habebã tñ (dicit postea) ex cõsuetudine nũq̃ in nido cordis serpentem abscondere. Ideo hoc cauda tenēs in medico idest patri propalaui. Caudam dico si

abatis

nem actionis. At ille subridens facile (ait) ad me. meã percutiens temperate maxillam Vade fili habeto ministrationem tuã ut prius nihil omnino timens. Ego aũt fide nõ hesitanti credens in paucis diebus certificationem sanitatis suscepi. Gaudens igitur & timens currebam uiam meã. Sicut inter status creaturarum est multimoda differentia. sic inter profectus fratrum cõgregationis est differentia profectuum deliberationis uoluntatis : & scientie. Non erant itaque omnes fratres illius monasterii equaliter dispositi. Notabat igĩt ille prudens medicus monachos q libenter ingerebãt se secularibus uenientibus ad monasterium: & in presentia illorum secularium uesperizabat eos ĩ iũgens eis uilia & tã multa seruitia q uix quiescere poterant. Propter quod nemine iubente didicerant se abscondere quando seculares ueniebant ad monasterium. Et erat ualde mirabile uidere uanã gloriã seipsam persequi: fugiendo a cõspectu hoium Dñs iesus noluit me priuare oratiõe unius sancti patris illius monasterii. vna igitur septimana anteq̃ recederem de monasterio uocauit ad se quendã mirabilem nomine minam qui post abbatem disponebat totũ monasteriũ: & steterat ibi quinquagĩta & nouem annis. Tertio igitur die post obitum eius celebrãtibus nobis eius exequias: mira fragrantia odoris suauissimi. totũ chorum impleuit. Tunc abbas iussit aperiri eius sepulchrum & uidimus omnes de plantis pedũ eius duos fontes unguenti suauissimi odoris scaturire. Tunc abbas dixit. Ecce uidetis q sudores laborum istius accepti fuerint sicut odor suauissimus domino. Multa alia narrabant mihi illi sancti patres de isto mina: inter que hoc dicebant. volens semel abbas probare eius patientiam dum redisset a forinsecis negociis ad monasterium strauisset q se ad pedes abbatis pro benedictio

ne petenda dicendo culpam suaȝ ut moris erat: ipse ab
bas non recepit eius penitentiam neqȝ ei benedixit: sed
dimisit eum sic super terrā usqȝ ad horam diuini officii
Deinde eum benedixit: reprehendendo eū q erat im-
paciens & cupidus inanis glorie. Sciebat tamen abbas
eius perfectionem: sed hoc fecit propter aliorum exem
plum. Discipulus autem ipsius myne certificans de ip-
sius sanctitate dixit nobis q eum curiose interrogaue-
rat: si dum sic iacebat somnus aut tristitia eum arripue
rat. Et ille. Dixit fili lete totum psalterium ad pedes ab
batis. decreui ponere in corona nostri tractatus istum
lapidem preciosum: idest doctrinam sequentē. Semel
moui uerba de perfectione quietis solitarie a quibusdā
antiquis ualde perfectis. Et illi leta facie subridentes re
sponderunt. O pater ioannes: quia sumus materiales
materialem statum eligimus uolentes agere bellum qd
sit secundum nostre infirmitatis mensuram: arbitran-
tes esse utilius pugnare cum hominibus qui quandoqȝ
turbantur & quādoqȝ pacificantur: quam cū demoni
bus qui semper furiunt. Quidam alius pater summe be
nignus habens ad me fiduciam & caritatem mihi dicit.
Si sentis ī te illius operationem qui sapientie dixit om
nia possum in christo qui me cōfortat: si spiritus roris
castitatis descendit super te sicut descendisti super uirgi
nem: si uirtus altissime pacientie est donata anime tue:
tunc surge a cena quietis solitarie & ad similitudinem
Iesu cinge te linteo obedientie & laua pedes fratrum
in spiritu contribulato: imo pone te sub pedibus cōgre
gationis cum sensu humili & subiecto & pōe duros &
uigilantes ianitores ante portam cordis scilicet fortitu
dinem: prudentiam: temperantiam & iusticiam. Con-
tine mentem inuincibiliter: quod est ualde difficile ho
mini occupato in negociis monasterii. Stude habere

quietem intellectualem membris motis quod est sum-
me gloriosum. Stude esse imperturbabilis inter rumo-
res & perturbationes, habendo animam pacificam.
Constringe furibundam linguam & stultam, que sem-
per uult iactare & contradicere. Preliare aduersus hãc
malorum reginam septuagies septies in die. Fige crucẽ
in trunco cordis habeto mentem fixam & duraʒ sicut
incudem, ne dissoluatur percussa uerberibus maledi-
ctis: detractionibus: deriiionibus: & confusionibus cõ
gregationis: sed remaneat pacata. Exue te tua uolunta
te sicut uestimento confessionis & intra campũ ad pu-
gnandum aduersus malos mores sociorum tnorum.
Induere loricam fidei erga tuum pastorem que nullo
iaculo infidelitatis possit trasfigi. Constringe freno tẽ-
perantie sensum tactus qui uult impudice discurrere.
Constringe oculum tuum memoria mortis q uult cu-
riose respicere omni hora pulcritudinem corporum.
Fac obmutescere curiositatem intellectus super solli-
citudinibus fratrum qui uult iudicare fratrem in negli
gentia operantem & omnem caritatem & compassio-
nem ad proximum habeas. In hoc precipue cognoscẽt
omnes gentes ꝙ sumus christi discipuli si habuerimus
pacem & caritatem ad inuicem quia dauid querens qd
sit utilius inter omnes uirtutes que sunt sub celo dixit.
Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fra-
tres in unum. Sed si non sumus facti digni supradicto
linteo obedientie & pacientie bonum est elongari a cã
po prelii cognoscendo propriam infirmitatem: & bea
tificando illos qui stant sub tali obedientia orando pro
ipsis deum ut det eis paciẽtiã. Hæc ille. ¶ Ego ioan-
nes uictus sententiis huius probi magistri quas proba-
babat aucttoritate euangelii: & prephetarum uolui

absq dubitatiōe stare sub obediētia. Cogit me caritas uestra ut iterum presentem uobis quoddam pomū supradicti terrestris paradisi. idest mōasterii. Sed iste meus sermo nō erit ornatus supple p eloquētiā nec utilis suple ad cōsolatiōnē corporalē ymo erit durus sicut dura & aspera est uia spūalis. Cōmorantibus nobis sepe in oratione percepit pastor quosdam monacorum illo tēpore loqui mutuo pro quorū defectu fecit illos mōachos(licet clericos & seniores existentes (una septimana stare ante fores ecclesie tēpore officii genib9 flexis & dicere culpā ingrediētibus & egredientibus. ¶ Vidi etiam ibi quendam fratrem qui dum inciperet officiū faciebat quosdā motus & actus cum facie quasi loqueret cum alio: & interrogaui eū qua de causa hoc faciebat. Ille uero nesciēs negare quod aliis utile erat dixit. Pater ioannes in principio orationis consueui recolligere mentem & cogitationes cū anima quibus congregatis eas iuito dicens. Venite adoremus & ꝓcidamus ante deū qui fecit nos. De isto eodē fratre percepi . quod portabat unā tabulā cingulo appēsam: ī qua scribebat omnes suas cogitationes: ut postea manifestaret abbati. Et sic faciebāt multi alii: quia ut postea sciui erat mādatum abbatis. Vnus ex fratribus semel alteri detraxit apud abbatē dicens: q erat loquax & mendax. Quem detractorem abbas statim expulit de monasterio. Sed ille humiliatus: & cognoscens culpā suā non recessit a porta monasterii: rogans ut ei indulgeretur & in mōasterio reponeretur. Abbas uero amator animarū sciēs q steterat sex diebus ante portā sine cibo ꝯmandauit ei dicens. Si uis habitare in monasterio oportet q ponaris in loco ubi stant illi qui plangunt casus suos : & illo humiliter assentiēte sic factum est. Quia igitur fecim9 mentionem de loco plangentium casus suos: bonū est

causa

causa declaratiōis aliqd de eo dicere. Iste locus distabat una miliari a magno mōasterio: & uocabat̄ carcer. erat qꝫ priuatus oī consolatione corpali: nec unq̄ ibi apparebat ignis aut uinum. aut oleum in cibo. aut aliqd coctū nisi solum aqua panis & herbæ in hoc loco includebantur p̄uaricatores primæ uocationis: Nec stabant simul sed separatim uel ad plus duo simul. Et non exibant inde donec abbas esset certificatus a Deo de eoruꝫ remissione. Et ꝓposuerat eis abbas quendam nomine ysaac q uolebat qꝫ quasi continuæ starent in oratione habebantqꝫ copiam palmaꝶ ad laborandum: cōtra spūm accidiæ. ¶ Ista est uita: status: & conuersatio illoꝶ: q querunt uidere faciem Dei Iacob. Admirari super laboribus: & doloribus sanctoꝶ est bonum: sed illos imitari: ē salutem acqrere. Q đ autem unus hō uelit oīum sanctorum exempla imitari: inconueniens: & impossibile est. Q n̄ in reprehensionibus q̄ nobis fiunt sentimus pœnam & tristiciam in aīa: tunc recordamur pc̄tōrum nostroꝶ: & confortamur donec dn̄s uideat qd patimur & & nobis auferat dolorē: q mordet cor nr̄um: & plāctū conuertat in gaudiū dono suæ caritatis: sicut dicit propheta. Secundum multitudinem doloꝶ in corde meo consolationes tuæ letificauerunt aīam meā. T pe congruo recordemur illius qui dixit dn̄o. Q uantas ondisti mihi tribulationes multas & malas & conuersus uiuificasti me & de abissis terrę post casuꝫ iteꝶ reduxisti me. Btūs qui sibi ipsi uim facit pp deum: quotidie maledictus contemptus: exprobratus. Cuꝫ martyribus tripudiabit iste: & cū angelis erit beatus monachus: q oī ignominia: & despectu se dignū singulis horis estimat. Btūs q uoluntatem suā usqꝫ in finem mortificauit: & prelato tradidit curā sui: a dextris. n. statuet̄ Iesu Xp̄i crucifixi. Ille q repudiat rep̄hensionē: q̄ ei fit iuste: uel iniuste re

nunciauit suæ saluti. Qui aũt sustinet siue cum labore & dolore: uel sine labore: & dolore iste recipiet celerit̃ remissionẽ pcõrũ suoꝝ. Sufficit tibi oñdet dño in secreto cordis tui caritatem quam habes ad prælatum tuum & ipse dñs eum in secreto certificabit: & faciet te sibi familiarem secundum tuum effectum. Ille q̃ prodit serpentem prælato suo .i. tentationis oñdit fidem efficacem ad euz sed q̃ celat ambulat in tenebris. Qui uult cognoscere si habet caritatem ad proximum in hoc certificat̃ scilicet si plangit pro illius peccatis: & si gaudet de eius gratiis & profectibus. Ille uero qui contendit cum aliis ut affirmet suum uerbum: q̃q̃ sit ueꝝ: sciat se infirmari ĩfirmitate demonis .i. superbia. Sed si hoc facit cum pr̃ibus suis forte poterit sanari per reprehensionem maioꝝrum. Si autem litigat cõ superioribus: oĩno insanabilis est apud hoĩes. Qui .n. nõ est subditus uerbo: mãifestũ est ꝙ non est subditus opere. Et qui infidelis est in minimo erit etiam in maximo. Et ideo tal̃ in uanum laborat. qa de sancta obedientia quam fingit habere: solum iudicium sibi acquirit. Sed ille qui in subiectione possidet conscientiam non fictam ex tũc nõ mortẽ p singulos dies expectet sicut somnũ: immo sicut uitã. Non cõtristet̃ certissime sciẽs qa in hora mortis nõ reddet pro se rationem sed reddet ille cui subditus fuit. Ille q̃ recipit curã aĩaꝝ absq; ꝙ cogat̃ p̄ supiorem: si ĩcurrit aliq̃ improuisam offensionem talis offensio nõ ĩputabit̃ ei q̃ dedit officium sed ei qui incaute recepit. Quia q̃ gladiũ ei dedit: dedit ut pcuteret inimicũ: ille uero pcussit seipsum. Qui uero officium recepit coactus .s. nõ audẽs cõtradicere obedientiæ & allegauit suã ĩfirmitatẽ & in sufficientiam: cõfidat: quia si ceciderit non moriet̃. Credo ꝙ iste doctor nesciebat ꝙ aliqs quereret prælationem. Quid nanq; de talibus dixisset si cõdemnauit ĩcaute su-

abatis quintus gradus 20

sciplẽtes oblatũ. ¶ O amici nõ fuit recordatus ꝓpone re uobis hunc suauẽ panẽ uirtutis quem uidi in mona sterio illorum uerorum obedientium. Quia se mutuo afficie bant opprobriis, iniuriis secundum deum ut sic assue- facti parati essent sustinere sine tristicia si ab extraneis illata essent. Aĩa quæ studiose cogitat de cõfessione, te- nẽt ab ipsa confessione sicut a freno ne peccet. Que ue ro de confessione non curat in tenebris est: & sine timo re operatᵣ omne malum. Quæ enim non confessa ma nent: ipsa de cetero in tenebris sine timore agimus. Quñ non presente prelato ymaginamur eius uultum: ac si p̃ sens esset & abstinemus a uerbis somno: & cibo super- fluis & ab omni quod ei credimus displicere tũc cogno- scimus ꝙ sumus uere obedientes. Pigri & negligentes discipuli gaudent quãdo prælatus abest sed nobiles hoc sibi reputant ad damnum. ¶ Rogaui semel quendam probum: quõ obedientia possidet humilitatem. Et ille sic respondit. Si obediens fuerit sapiens: & intelligens ponamus ꝙ resuscitet mortuos & habeat donum lacri marum: & sit liber ab omni tentatione: cogitet om- nino quod per orationem sui patris habet. omnes istas gratias: & liber erit ab omni superbia: inani glo ria: & propria reputatione: quia non poterit extolli de eo quod existimat sibi datum pro sua sollicitudine sed adiutorio alieno. ¶ Solitarius uero non cogno- scit hanc gratiam & ideo facile non est liber a propria reputatione. Qui stat sub obedientia si potest uince- re duas deceptiones aduersarii erit in eternum seruus Christi. ¶ Prima est propter impaciẽtiam laborũ mo nasterii: & tentationum importunitatẽ dimittere obe dientiam. Secunda est reputare se idoneũ ad qetem so litariam pp cõsolationes quas gustat demõ ut inducat obediẽtẽ ĩ primũ errorẽ, s. ĩpatiẽtie & sic dimittat obe

dientiam: conat̄ sordidare eum turpitudine carnis & ip
sum sic alloquit̄. Tu es durus corde & facile turbaris ēt
contra ꝓpriam naturam qa solebas esse mitis tu es ari-
dus & sine deuotione tu es gulosus & uoluptuosus: co-
medis qa bene habes unde piger ad orōnem. somnolē-
tus & tenebrosus: uere perdis te sub ista obedientia: &
tu faceres multa bona si esses solitarius. Et non permit
tit eum cognoscere ꝙ priuatio talium bonorum appa-
rentium fit dispensatione diuina & est cā profundissi-
me humilitatis. Ista deceptio uincit̄ patientia & longa-
nimitate. ❡ De secunda deceptione scilicet idoneitate
ad sollicitudinem. quia dn̄s post tribulationem dat con
solationem ita ꝙ obedientes efficiunt̄ contriti: mansue
ti: benigni: sine tentatione carnis solliciti spiritu feruen-
tes: tunc demon dat eis intelligere ꝙ sunt idonei ad uitā
solitariam. Et sic multi fuerunt decepti dimittētes por-
tum obedientiæ & intrantes mare magnum. ubi nesciē
tes se regere perierunt. Necessarium ē mare turbari: &
conquassari & facere grandes undas: & tēpestates: ut
ex tali conturbatione eiiciat stipulam. & omne immun
dum quod flumina illuc deduxerunt. Sic necessarium
est mare mentis suscipere tempestates & commotiones
& terribiles uentos tentationez a malignis spiritibus: ut
sic superbiam uanitatem & præsumptionē proprie uir
tutis quam anima acquisiuit tempore tranquillitatis:
a se reiiciat: ut postea remaneat humilis & pacata. ❡ Il
le qui aliquando est obediens patri spirituali & aliquā-
do: non est similis illi qui aliquando ponit colirium in
oculis: & aliquando calcem. Vnus edificans & unꝰ de
struens qd ꝓdest illis nisi labor? ❡ O fili obediens noli
decipi ut cōfitearis tua pctā magistro tuo in ꝑsona alie
na qa sine confessione tpali non possumus liberari ab i
teriori & eterna. Detege ergo medico uulnꝰ tuū & dic.

Mea non aliena culpa peccaui. non me īcitauit demon non homo non corpus: non aliena creatura. sed solum mea miseria. Sta corā confessore mō reuerenti in aspectu & cogitatione ac si esses coram iudice uerebunde respiciēs terrā. Et si possibile ē riga eius pedes lacrimis sicut magdalēa X̄pi. Sed demō habet hāc cōsuetudinē ut sepe suggerat ꝙ nō cōfiteamur aut ɔfiteāur ī psona aliena aut ꝙ culpam imponamus alteri. & si hęc oīa uincit bona con suetudo in cōtrarium multa magis habitus uirtutum crescet fauēte Deo. Non laborabis fili multis annis ad inueniēdum uitæ regem si in principio toto cor de ignominiis te ipsum tradideris. ¶ Non dedigneris facere confessionem prælato tuo sicut Deo: quia uidi hoīes ligatos multis & horribilibus peccatis qui per humilem confessionem flexerunt duritiam iudicis: & eius furorem uerteruut in benignitatē. Et ideo Ioannes baptista regrebat cōfessionē euntium ad suū baptisma: nō pro se sed pro eorum salute. Non timeamus ēt post confessionē tentari melius est. n. & cum inqnationibus: & non cū elatione & reputatione ꝑpria compugnare.

¶ Noli currere fili neq̃ uolare in altum qn̄ audis loqui de statu & perfectione anachoritaꝝ q leuauerunt cor ad Deum: qa tu es uocatus ad militiam primi martyris stephani. s. ad uiuendum in societate discipuloꝝ X̄pi & ut lapideris importunitate tentationum & contumeliis uerboꝝ. Neq̃ consterneris aīo aut discedas de campo prælii si cadis qa tunc magis est opus medico. Si. n. cespitat habens adiutorem: sine adiutorio cederet. Quā stantes in monasterio uicimur tunc cito ueniunt demones quasi sub specie rationabilis occasionis quæ uere ē irrationabilis: & admonent nos ꝙ uadamus ad solitudinem. Sed est eoꝝ intentio: ut casum casui super addamus. Quando medicus allegat suam impotentiam: &

insufficientiam suam tunc necesse est querere aliū me dicum: qa sine medico pauci curant̄. Quis poterit con tradicere huic sententiæ? ꝙ si nauis hn̄s peritum guber natorem fere in periculo periclitat̄: sine ipso perisset. De obedientia nascit̄ humilitas: & de humilitate impas sibilitas sicut dicit propheta de Dn̄o. Quia in humili tate nostra memor fuit nr̄i: & redemit nos ab inimicis nostris. Ideo secure possumus dicere: ꝙ de obedientia nascit̄ impassibilitas per quam obedientiam proficit hu militas: qa humilitas est principium obedientiæ: sicut moyses fuit principium legis. Et obedientia quæ est fi lia humilitatis perficit ipsam matrem suam humilitatē sicut Sancta Maria nata de synagoga perfecit synago gam. Digni sunt punitione diuina illi īfirmi qui habue runt expientiam medici & recepunt ab eo utilitatem: & illum dimittunt an̄q̄ sanent̄: credētes alium medicū eē meliorem. Ne discedas de manib⁹ eius cui te obtuli sti in principio: qa in uita tua: nullum alium habebis in reuerentia sicut ipsum. Qui inexptus est periculo se ex ponit dimittēdo cōgregationem pp uitam sollitariam: sicut ille q occurrit ferocib⁹ aīalib⁹ absq; aliquo expim to. Melius est esse duos simul q̄ unū ait scriptura. Ille q priuat cecum duce: puulum pueꝝ pr̄e: gregem: pasto re: īfirmū medico aut nauē gubernatore: pat ipsis picu lū. Sic q uult sine adiutorio p̄liari cū spiritib⁹ malignis occidet̄ ab eis. Illi q uadūt ad medicū cā curatiōis ī pnci pio cōsiderāt ubi hēnt dolorē. Et illi q submiserūt se obe dientiæ cōsiderāt q̄ humilitatem acqrant p eā qa sicut īfirmis signū sanitatis ē cessatō doloris sic signū sanita tis subditi est augmētū humilitatis in aīa p q̄ seipsū iudi cat. Et hoc signū ē sine errore & nullū ipso certius. Spe culum in quo potes uidere si es uere subditus est tua conscientia: & bene sufficit. Aliqui existētes in uita soli

taria subiecti sunt uni prī & isti solū demones pugnan-
tes hn̄t. Alii uero in societate exn̄tes cōtra demōes sil:
& hoies pugnāt. Primi sp mādata prīs obseruāt qa eū
pn̄tem sp hn̄t secundi uero pp prælati abscentiam sepe
in aliquo minimo deficiunt. Tū si isti sint feruentes: &
patientes in redargutionibus. sup defectus ab eis factis
tales supplēt defectum. ¶ Studeamus habere summā
taciturnitatem super prælato: qa tacitus hō est amator
sapientiæ & appræhendit illam. ¶ Vidi subditum tol
lentem uerbum de ore prælati & desperaui de eius sub
iectione cernens eum ex eodē supbiā assumpsisse non
humilitatē. Cum oī studio attēdamus quō & qn̄ exerci
tia monasterii debēt ppōi orōni: qa nō sp. Attende tibi
ipsi & fratrib⁹ tuis & ne uelis appere iustior illis i aliquo
qa sic cōmittis duo mala. Primum qa p illā fictam opa
tionē turbas frēs: & tibi acqris supbiam. Ideo stude esse
uirtuosus fm aiam: & non demonstres te singularē cor
pore: figura: habitu: uerbis: actib⁹: uel signis: donec fue
ris liberatus a uicio iudicādi & cōtemnēdi alios. Dū igit
sentis te isto uicio iquinatū: esto similis fratrib⁹ in exte-
riorib⁹. Vidi malū discipulū gloriari de pfectiōe sui ma
gistri qui credebat sibi acqrere honorem de uirtute al-
terius: sed acquirebat confusionem. Conscientia enim
auditorum tacite respondebat. Quomodo potest ar-
bor bona fructus malos facere? Quando iniurias præ
lati patienter sustinemus: tunc non debemus iudicari
patientes sed quando ab omnibus contemnimur: &
flagellamur. Patrem. n. omnes libent reuerent & sup-
portant. Bibe de calicæ uituperii quasi de aqua uitæ d
māu cuiuslibꝫ uolentis tibi dare qa ē purgatio luxuriȩ
& carnalitatum. Tunc enim in anima tua castitas
orieť: & lumen Dei in te non deficiet. Ne glorieris de
libertate mentis tuæ: quando uidebis collegium fra-

ternitatis quieſcere ſup te qa aſſunt tibi latrones quos
neſcis. Memẽto uerbi quod dixit dñs diſcipulis ſuis. Cũ
oĩa bene feceritis dicite. ſerui ĩutiles ſumus. Qualia ſint
opera noſtra neſciemus uſq; ad mortem. Monaſteriũ
enim eſt quoddam celum terrenum: & ideo eo affectu
& reuerentia quo credimus angelis miniſtrare Deo mi
niſtremus & nos fratribus noſtris. Sed quidam in hoc
celo terreno ſunt duri & inſenſibiles ſicut lapis in ſerui-
tio quod faciunt quod diſpenſatiuæ facit dñs ſcilicet: ut
ſint liberi a ſuperbia & propria reputatione: Viſitat tñ
Deus eos aliquãdo per compunctionem ut conſolen-
tur. Sicut enim paruus ignis multum fauum liquefacit
ſic parua compunctionis conſolatio diſſoluit duritiam
inſenſibilitatem: & cecitatem cordis & conuertit eam in
dulcedinem. Vidi quãdoq; duos fratres clam auſculta-
re ſuſpiria & modus penitentiæ ſerui dei. Vnus hoc fa-
ciebat ut ſumeret exemplum alter ut irrideret tempore
oportuno & reuocaret fratrem a bono opere. Non ſis
faſtidioſus uolendo nimis tenere ſilentium ſic ꝙ per tu
um ſilentium ſis turbatio & amaritudo alioꝝ & iudex
ipſum non tenentium alioqn furioſis & conturbantibꝰ
peior exiſtes. Vidi quoſdam negligentes q̧ propter ap-
parentiam exteriorem erant laudati a multis propter
quod ipſi ypocritæ & ſuperbi ex laudibus: & elatione
compungebantur: & pariebant lacrimas. Et miratus ſũ
qũo malicia uaria eſt. Incipientes. n. & proficiẽtes plus
poſſunt lucrari in oratione formata ſecundum neceſſi
tatem: q̃ de pſalmodia quia confuſio pſalmi in quantũ
non ſequit̃ unam materiam: ſed diuerſas propter muta
tionem quam facit ſpiritus ſanctus ĩ mẽte ꝓphetæ nõ
poteſt teneri a mente poſita in anguſtiis. Contẽde in tẽ
pore orõnis colligere in te mentem tuam. Si. tñ non po
tes quia diſtraheris a memoria propter opera iniun-

Bti ioannis abbatis 29

cta nō multū tristeris: qa deus non reqrit ab his q sunt
i obediētia orōnē idistractā dūmō reuocēt semp ad se
itellectū inquātū possunt. Solus enim angelus nō pati
tur furtum mentis. Firma propositū tuū semper pseue
randi etiā si mille mortes deberes sustinere : & sic nūq̄
corues. Infidelitas enim & dubietas cordis: & inconstā
tia loci semper generant offensiones & contrarios euē
tus : qui sunt prompti ad mutandum locū ubiq; erant
mali: quia si sis ibi malus ubiq; eris malus. Si uadis ad
monasterium & inuenis ibi medicum idest prelatū quē
nō cognoscis non te statim obliges. sed ibi sta ut pere-
grinus & contemplare secrete eius & oīum monacho-
rū modus uiuendi. Et si uideris q eorū artificiū sit utile
infirmitatibus tuis maxime inflationi & superbię cor
dis: tunc fige te & eme ius ibi habitandi cum auro hūi-
litatis & carta obedientiæ & litteris administratiōis &
testimonio angelorū. & lacera litteram cum qua uenisti
idest ppriā uoluntatē: quia qui se trāsmutat de loco ad
locū p propriā uoluntatem annichilat cartā qua xp̄s
eum emit proprio sanguine : uult enim esse sui iu-
ris. & non xp̄i. Ideo tuū monasterium sit tibi sepulcrū
idest mors ante cōmunē mortē. Aliqui enim q de hoc
sepulchro exierunt nō fecerunt pulcrā mortē: a qua li
beret nos deus. Pigri monachi quando iniungunt eis
grauia uolunt ire ad orationem: sed quādo leuia uel ni
hil eis iungitur fugiunt ab ea sicut a facie ignis. Aliqui
dimittunt obedientiam e s iniunctā requesiti pro cōso
latione fratris: alii autē ex occiositate & negligētia : alii
uero ex uana gloria: & alii ex leuitate. Si tu es alligatus
inconsiderate in aliquo monasterio p professionem: &
postea uides ibi nō consequi ad utilitatē spiritualē: ne
dimittas propter hoc quin recedas. Considera tamen
diligēter ne sit ex tuo defectu: quia qui sibi malus ubiq;

erit malus: sicut e conuerso qui bonus est ubiq̧ bonus erit. Iniurię seminauerunt multas dissentiones in statu mundano: & cõmessationes in monasteriis generãt ruinas & reprobationes. Si tu poteris dominari gulæ que est regina uicioꝝ ubiq̧ acquires mundiciam & impassibilitatem: sed si illa dominabitur tibi ubiq̧ periculo subiacebis. Dominus fecit oculos obediẽtium sanos & cognoscere uirtutes sui magistri defectus uero ignorare. sed demon qui odit omne bonũ facit oppositum. Argentum uiuũ sit nobis figura & exemplũ obediẽtie quia semper uadit subtus alia metalla: & nihil sordidũ miscet. Solliciti & expediti obedientes caueant ne iudicẽt negligentes: ne per illud iudicare ipsi fortius iudicent. Extimo ego loth ideo fuisse iustificatũ: quia dum staret iter pessimos nõ reperit ꝙ iudicauerit eos Seruemus & teneamus trãquillitatẽ maxime uero in decãtatione hymnoꝝ. Intẽtio enim demonis est p tumultus: & turbationes orationẽ exterminare. Sicut ministroꝝ est corpore assistere dñis: ita seruoꝝ xp̃i est pulsare per orationẽ in celis. Contumelie & uitupia in aĩa obediẽtis assimilant amaritudini absinthii: sed laudes honores & bona fama sapiunt ut mel his q delectant in eis uitiose. Sed nos bene cognoscimus eoꝝ naturã contrariam: quia absinthium purgat colerã & malos humores corporis. mel uero inflat fel. Debemus credere illis qui acceperũt curã de nobis ꝓpter deũ q̃uis precipiant aliqd quod secundũ apparentiã & ꝑm sensum nostrum sit contrariũ nr̃ę saluti: quia tunc ꝓbat fides nr̃a erga p̃latũ in fornace humilitatis. Hæc est enim notificatio fidei si quãdo iniungunt cõtraria his q̃ sperabamus: sine dubietate obedimus. Nota ꝙ dicit ꝑm apparẽtiã & nostrũ sensum: qa in his q̃ sunt ꝑm existẽtiã contra nr̃am salutẽ ut puta contra dei mandatum non debem⁹ obe

dire. De obedientia nascit̃ humilitas ut dictũ est de hu militate discretio: sicut a magno ioãne cassiano pulche rime philosophatũ est: de discretiõe uisio. de uisione ꝓ uisio. Et qs est qui uelit sibi & omnibus renunciare & mecũ currere ad istam sanctam obedientiã: de qua tot bona procedunt de ipsa dicit psalmista. Parasti in dul cedine tua pauperi deus: sed obedienti aduentum tuuꝫ in corde suo nunq̃ obliuiscaris illius qui decem & octo annis seruiuit magistro suo infirmo: & nũq̃ audiuit ab eo dulce uerbum puta grates deus reddat tibi uel bene dicat: tamen audiebat uocem intra se sibi dicentẽ. Sal uus es. Sunt qdam qui rogauerũt prelatos suos ut preci piãt eis qđ desiderãt. Sciãt tales ꝙ ceciderũt a statu ue re obedientię quæ dat coronam martyrii: quia obediẽ tia fugit ypocresim & proprium desiderium. Aliquan do prelatus precepit aliquid quod nolet fieri si recor daretur de circũstãtia rei. Q uerit̃ tũc qs ueri⁹ obediat aut q ĩplet mãdatũ aut q nõ ĩplet: rñsio. Si frater ẽ no u⁹ ĩ obediẽtia debet simpliciter obedire: si ꝓuectus de bet discernere. Non est credibile ꝙ demon contrariet̃ sibiipsi: sic nec est credibile ꝙ uolũtas prelati sit sibi cõ traria. Quando tentamur & impugnamur ut receda mus de loco ipsa impugnatio sit nobis signuꝫ ꝙ placet deo ut stemus Qui enim impugnat̃: signũ ẽ ꝙ pugnat. Q uidã homo nomine ioãnes sabaythes: homo perfe ctus: & mundus ab omni mendacio & opere malo: cuius sanctitatem tu pater optime nosti. mihi narrauit hoc ꝙ refero. In meo mõasterio ꝙ ẽ in asia erat qdã an tiqu⁹ oĩno negligẽs & ĩ cõtinens: non dico iudicãdo sed in ueritate. Ad manus eius uenit qdã discipulus iuue nis noĩe innocentius: simplex quidẽ secundũ exteriora sed sapiens cogitatione & ope. Hic tãta mala sustinuit ab illo antiquo: ꝙ essent incredibilia multis. Nõ solũ e

nim opprimebat laboribus & iniuriis: uerũ etiã uerbe-
ribus & plagis quasi esset seruus empticus. Huic inno
centio sepe obuiabã: & nunc uidebã ei occulũ leuidum
nunc uulnus in capite uel ĩ facie: & dicebã ei. Quomõ
est tibi innocẽti. Respõdebat. Bene pater. sicut placet
deo. Et ego cognoscens ꝙ erat uerus opa rius dicebam
ei bene bñ sustine: & saluus eris. Et postq̃ stetit nouez
annis sub illo prauo antiquo: migrauit ad dñm. Quo se
pulto delirus senex post quinqȝ dies iuit ad quẽdã pro
bum patrẽ: & dixit ei. Frater inocẽtius mortu⁹ est. Rñ
dit ille. Non possum hoc credere. Tunc alius. Veni &
uide sepulchrũ eius. Postq̃ aũt illuc ꝑuenerunt: clama-
uit ꝓbus senex. Frater inocẽti: es ne mortuus? Tunc il
le demonstrans uerã obediẽtiã etiã post mortem de se-
pulchro respondit. Pater quomodo possunt mori obe
diẽtes? Quo audito magister eius cũ tremore & lachry
mis cecidit in faciẽ suã clamans. Feci homicidiũ. Et con
struxit sibi cellã iuxta sepulchrũ discipuli sui: ibiqȝ in au
steritate finiuit. Pater ioannes: magnus mihi uidet̃ iste
qui locutus ẽ cũ mortuo. Iste supradictus ioãnes sabay
thes narrauit mihi ẽt hoc quod sequit̃ quasi de alio lo-
quens. sed postea sciui quod erat ipse. Quidã monach⁹
iuuenis erat in meo monasterio discipulus uni⁹ mãsue
ti & discreti patris. Videns aũt iuuenis se quasi a magi-
dei:in expectatione improuisorum & displicentium. Pauor est premeditatum periculum. Pauor est certitudinis & securitatis priuatio. Pauor ē defectus cordis timidi qui accidit ex insperato aduentu & atterit animā & corpus. Anima superba est serua pauoris: quia eniз confidit in semetipsa: iusto dei iudicio: timet sonū folii & umbram creaturę. Plangentes & despati nō timent. Vane gloriosi aūt sepe p timorē alienant a sensu: quoniā iustus dn̄s & humilis iuste dereliquit supbos ut hoc modo nō discāt correcti superbire. Oēs pauidi sunt uane gloriosi: sed nō oēs q nō sunt pauidi sunt hūiles: qm̄ latrones q uadunt de nocte ad infringendas domos nō leuit timēt oēs actus. Si uis resistere isti passioni: ne pigriter ire ad illa loca in quibus cōsueuisti pauere: & ibi pnocta. Si eni pmiseris tibi dn̄ari istā passionem paulatim inueterabit in te. Sed qn̄ uis ire ad pnoctadū in illis locis: arma te oratione extēdēdo māus ad iesuз & cū noīe eius flagella impugnatores: quia nō est in celo aut terra fortior armatura q̄ illud nomē. Q n̄ uero fueris liberatus redde gr̄as deo & semp te defendet. Sicut nūq̄ poteris saturare uētrē cū una re sola: sic nec pauorem poteris uincere cū una re sola. Iuxta mēsurā plāct⁹ q ē in aīa minuit ista infirmitas & iuxta mēsurā defectus plāctus remanet pauor. Elyphat amicus iob uolendo māifestare uersutias demonū dixit. Horruerūt pili carnis mee. Ista passio prima uenit iu aīam: deinde transit in carnē: aliquado e cōtrario. Quādo aūt uenit in carnē & nō trāsit in aīam: tunc prope est sanitas. Quando uero p multā cōtritionē cordis prōpte & iprouise expectamus quodlibet horribile tunc uere sum⁹ liberati ab illa passiōe. Nō uēit de isecuritate loci aut sollitudinis q demones hn̄t tātā ptātē super nos: sed uenit de sterilitate animę nostrę: quia est sine cōtritione & timore dei.

ioanis ab.

Aliquãdo autẽ iste pauor uenit ex dispẽsatione diuina: ad correctionẽ & instructionẽ aiẹ. Verus seruus dei nõ timebit nisi propriũ dñm. Qui uero mundũ timet sepe timet suam umbrã. Quãdo demon appropinquat nobis tunc timet corpus: quãdo uero angelus: aĩa humilis repletᷣ gaudio. Et ideo nos cognoscentes eius aduentũ p id qd operatᷣ in nobis, statim uadam⁹ ad orõnẽ: qm̃ ipse custos ista de causa uenit ad nos ut nobiscum oret.

¶ Explicit gradus. xxi.

¶ De fuga inanis gloriẹ.

¶ Gradus.. xxii.

Qvidam faciunt separatum tractatũ de uana gloria a tractatu superbiẹ: & dicũt ꝙ sunt octo uicia principalia: sed sanct⁹ gregorius theologus & alii magistri dixerunt ꝙ sunt tantũ septem quibus ego adhẹreo propter istam rationem: quoniã nemo qui uicerit inanẽ gloriã potest possidere supbiã. Solũ igit ĩter se differũt q̃tũ puer & uir qui sũt eiusdẽ nature & q̃tũ granũ & panis. Prima scilicet inanis gloria est principium secundẹ scilicet superbiẹ & secunda est finis prime. Primo igitᷣ dicemus de prima: deinde de consumatione uiciorum ĩmunda superbia. Et hoc breuiter quoniam q̃ de eis late & subtiliter loqui propõit: est similis illi quẹ meditatᷣ quomodo possunt ponderari uenti. Vana gloria secundum speciem suam est peruersio naturẹ & morũ & cõseruatio deffectuũ. Secundum uero suam qualitatem est dispersio laborũ spiritualiũ: sudorum perditio: ĩsidiator & proditor thesauri: filia ĩfidelitatis: percursor superbiẹ: naufragium in portu: & formica in area: que quamuis sit ita parua omnis fructus rodit: & omnes labores hominis perdit. Formicha expectat tempus messis ut possit com

gregare: & inanis gloria expectat q̄ uirtutes sint cogregate: ut eas dsipergat. Spiritus desperationis letať cuȝ uidet maliciā multiplicatā: & spūs inanis glīe letať multiplicatis uirtutibus. Porta desperationis est multitudo peccatorū & porta inanis glorię est multitudo laborū spiritualiū. Cōsidera bene & inuenies istā imūdā uanā gloriā floruisse usq̄ ad monumētū i unguētis: ī uestitu pōpatico: in aromatibus. & i aliis. Supra oia copiose r e splēdet sol & supra oē bonū opus letať uana gloria. Si enim ieiunio uane glorior: si dimitto ieiuniū ne cognoscať uirtus mea uane glorior: qa sum prudens homo: si sum bene uestitus uane glorior ut nobilis: si male sum uestitus uane glorior ut sanctus: si loquor uincit me: si taceo ēt uincit me. Et qualitercūq̄ ꝓiicias istū tribuluȝ semp tenet spinā rectā. Vane gloriosus est fidelis cultor ydoloꝝ: qui secūdū apparentiā adorat deū. & secūdū rē adorat hoīes: quia uult eis & nō deo placere. Vane gloriosus est omnis ostentator: & ostentationis amator. Ieiuniū uane gloriosi est sine mercede & eius oratio est deo iportuna. vane gloriosus sustinet duo dāna: primū quia cōsumit corpus secūdū quia nō habet mercedē. Quis nō deridebit opus uane gloriosi? Qui dū dicit psalmos solus ridet: agitatus uero a uana gloria stati corā hoībus plorat. Dn̄s uero sepe celat ab oculis nr̄is bōa que facimus & possidemus & adulator īmo poti⁹ deceptor cū laudibus aperit oculos nostros quibus apertis disparent diuitię. Adulator est demonū minister mānducator superbię. dispersor cōpunctionis: exterminator bonorū: deuiator rectę uię: prout dicit propheta. Popule meus qui uos beatificant: i errorē uos mittūt. Opus magnanimi est suportare iniurias letę: & opus sancti & transire laudes sine lesione. vidi quosdā plāgētes laudari qui propter laudes fuerunt irati & cōmutauerunt passionē

consi|dera bene ut supra

abatis

uerunt passionē pro passione.s.ne haberent uanā gloriam acceperunt iram prout dicit sanctus Paulus. Nemo nouit quid sit in homine nisi spiritus eius. Confundantur igit̃ & muti fiant qui laudant queq̃ in facie. Q ñ uideris proximum tuum tibi detrahere aut in præsentia aut in absentia tunc demonstrat caritatem tuam erga eũ ipsum laudando. Magnũ est declinare a laudibus hominũ: sed maius est declinare a laudibus demonum Non demonstrat humilitatē q uilificat semetipsum qa nõ est magnũ q̄ qs uilificet seipsum. Sed quãdo qs uituperatur & conuiciatur ab aliquo si tunc nõ obliuiscitur amorē proximi: demonstrat humilitatē. Percepi q̄ spiritus uane gloriæ decipiebat quēdã hoc modo: qa imittebat cogitationes in cor unius fratris & etiã illas reuelabat alteri fratri. Deĩde faciebat q̄ ille cui reuelauerat diceret alteri cogitationes quæ erãt in corde suo: ut ex tunc teneret eũ prophetã. Item iste malignus spiritus cõsueuit palpare membra corporis & facere in ipso quosdam motus gaudiosos sub specie boni puta tenere linguã quãdo uellet loq aloquod malũ uerbũ. & cõtinere membra si uellet ea agitare præ leticia mundana ut talis credat istos motus esse a spiritu sancto uel ab angelo credatq; ad tantam perfectionem deuenisse q̄ spiritus sanctus regat animam & corpus eius: sitq; benedictũ: & benefactũ omne uerbum & opus eius. Ne credas illi demoni q tibi immittit q̄ eis sufficiēs esset episcopus aut prçlatus aut magister fratrũ. Verumtamen sicut difficile est repellere canē a macello: sic etiã difficile est repellere tales cogitationes illis q habent aliquã sufficientiam. Demon enim quando uidet aliquē possidere statũ pacificum tranqllum & constãtē & alias uirtutes statim admonet eum ut exeat de deserto pro salute animarũ quæ pereunt. Alia est effigies ethyopis idest hominis nigri:

Serviv ... 5 · 10 anis

alia ymaginis depictæ sic alius modus est inanis gloriæ commorantium in monasteriis:& alius modus commorantium in deserto. Vana gloria facit illos qui stant in monasterio prescire aduentum secularium ad se & admonet leuiores spiritu q̄ exeant illis obuiam genuflectantq; coram illis ut ex humilitate quam ostendunt: exterius repleat eos superbia interius. Item facit eos habere actus deuotos & reuerentes & subtiliare uocē ac respicere ad manus eorum pro elemosina recipienda. nominando eos dominos & patres & conseruatores uitæ eorū post Deum. Quando sedēt in mensa cū illis secularibus. Item demon admonet eos q̄ comedant parum & faciant penitentiam & quod reprehendant subditos sine misericordia. Illos qui sunt pigri ad officiū facit in presentia seculariū esse solicitos. Rancos facit modulare uocem: somnolentos autē facit uigiles Facit etiā adulari cantori q̄ det ei primā antiphonā & uocat euʒ patrē & magistrum donec recesserint seculares. Honorabiliores monachos: facit superbire despicabiles uero replet ranchore. Vana gloria sepe loco honoris tribuit uerecūdiā & ignominiā. Quādo enim discipuli sui irascunt̄ facit eis magnā uerecundiā & cōfusionem. Vana gloria facit iracundos māsuetos coram hominibus: & de bonis gratiæ & fortunæ seruos suos eleuat in altum immo potius allidit ad terrā. Vidi demonē persequi fratrē suū demonē in hunc modū. Dum quidā frater esset iratus statim superuenientibus secularibus ille miser uēdidit irā pro uana gloria quoniā non poterat duobus dominis seruire. Qui studet acquirere uanitatē possidet duplicem mansionē. Morat̄ quidē cū monachis habitu: figura: & corpore: cum secularibus uero moratur sensu cogitatione & mētis delectatione. Si satagimus placere deo satagimus gustare gloriā celesteʒ qua gusta

abatis

ta desipient terrena. Minor enim si quis didicerit terre nam: nisi prius gustauerit celestē. Sepæ illi qui fuerunt depauperati a uana glòria deinde conuersi fugiunt ipsam cautius q̃ illi qui non fuerunt depauperati. Vidi q̄dam opera spiritu alia incepta esse pro uana gloria que quãuis habuissent fundamentum: & malum principiū finierunt tamen laudabiliter eo quod fuit mutata intentio. Qui se extollit de bonis naturalibus quæ sunt subtilitas itllectus: agilitas addiscendi bene legere & proferre: promptitudo nobilitas: & huiusmodi quæ in nobis sunt sine nostro labore nunquam gustabit celestia. Dixit enim dominus. Qui infidelis est in minimo: erit & in maximo: ut est uane gloriosus. Multi affligunt corpora sua per penitentiam ad acquirendum impassibilitatem & diuitias spirituales ad operandum miracula: & p̄sciendū futura & non cognoscunt isti miseri quod humilitas est mater talium: & non labores. Ille qui per labores suos uult ista dona acquirere: falsum fundam̄tum sternit in suo edificio. Qui uero se reputat indignum & debitorem subito recipiet diuitias spirituales: non concupitas. Non obedias demoni exterminatori: qui te admonet ut pro utilitate audientium manifestes uirtutes tuas: quoniã nihil prodest homini: si uniuersū mudū lucret aiæ uero suæ detrim̄tū patiatur. Nihil est quod tantum possit edificare te audientes: & uidentes quantum humiliter te habere: & sine pigritia & habere uerbum rectum & non fictum. Hoc enim modo docebis alios uiã non superbiendi: quæ est summæ utilitatis. Quidã contemplator comprehendit istam astutiam demonis quam mihi narrauit dicens. Dum sedert in una congregatione uenerunt duo spiritus inanis gloriæ. & posuerunt se unus ad dexterã meã: & alius ad sinistrã. Et unus eoꝝ punxit latus meū digito suo dicēs dicit iesus

Oportet ꝙ dicas contemplationem quã fecisti in deser
to pro edificatione istorum. Q uẽ cum repulissem dicẽ-
do uersum psalmiste. Conuertantur retrorsum & con
fundantur q cogitant mihi mala: protinus alius demon
q erat ad aliud latus adhesit auricule meæ dicens. O q̃
bene fecisti factus est magnus: uincẽdo impudentẽ ma-
trem meã. Tunc ego cõuerti me ad eũ: cũ iaculo quod
sequitur in psalmo. Auertantur statim erubescentes: q
dñt mihi euge euge. Ego interrogaui istũ cõtẽplatorem
qualiter uana gloria sit mater supbię. Et ille respondit.
Laudes inflant aĩam: deinde supbia eam apprehendit
& leuat in altum usq; ad cœlum: postea proiicit in abis-
sum. Est quedã gloria quæ procedit a Deo: de qua ipse
ait. Ego glorifico glorificantes me. Est & alia gloria q̃
parant nobis demones: de qua dicit dñs. Ve uobis q ac
cipitis gloriam ab hoĩbus. Primã gloriã cognosces quã-
do ex omni tua industria fugies omnẽ gloriã uelut no-
cumentũ: & quocũq; ibis ascondes conuersationẽ tuã
& statum tuum. Secundã uero cognosces quãdo ope-
rando quodcunq; opus semper admoneris ab ipsa ĩ cor
de tuo ꝙ faciat illud opus ut uidearis ab hominibus: itẽ
ꝙ demonstres in te uirtutem esse quæ nõ ẽ. Dicit enim
sic. Luceat lux uestra corã hominibus: ut uideant ope
ra uestra bona. Sepæ dominus facit odibilem uanam
gloriã uane gloriosis per scandala q̃ ipsis accidũt ex ea.
Vanæ gloriosi. n. faciũt sicut pauones q credentes oñ-
dere pulcram caudam ostendunt anum nescientes. Pri
cipium priuationis uanæ gloriæ est custodire os non
dicendo uerbum quod pertineat ad propriam laudeȝ.
Medium est recisio cogitationũ pertinentiũ ad uanã
gloriam. Finis (si possibile est ꝙ abissus habeat finẽ)
est operari insensibiliter corã multitudine ea quæ per-
tinent ad propriam uerecundiam. Noli occultare tuam

abatis

confusionē sub intentione & respectu non dandi aliis impedimentum & offensam. Ad curandam istam infirmitatem non oportet uti uno emplastro ad omnes sed diuersis secundum diuersitatem conditionum. Quotienscunque uocamus uanam gloriā ad nos laudando nosmetipsos: & quando uenit non uocata sed a laudatoribus missa: & quādo studemus facere opus pertinēs ad uanam gloriam tunc recordemur planctus quem nos oportet habere pro peccatis nostris. Recordemur etiā q̄ timorose oportet nos stare in oratione coram Deo. & sic faciemus silere illam procacem. Si uero non habuerimus curam & gustum orationis arripiamus tunc cogitatum mortis nostræ. Et si non possumus hoc facere timeamus saltē confusionē quæ sequitur uanam gloriā non tantum in futuro sed etiam in hoc mundo sicut dixit dominus. Qui se exaltat humiliabitur. Quando deceptores laudent nos statim recordemur iniqtatum nostrarum: & omnino nos reputabimus indignos laude & honore. Sunt quidam uanæ gloriosi quos deus exaudit & implet eorum desiderium anteq̄ petant ne putantes se illud obtinuisse per suam orationē efficiantur superbi. Qui simplices omnino sunt isto,i uicio nō corruunt. Nam uana gloria est simplicitatis obiectio ficta religio & conuersatio. Est quidam uermis qui duz crescit emittit alas & uolat in altum: sic uana gloria consummata parturit superbiam quæ est radix & complementum omnium malorum. Sed qui non compræhēditur a uana gloria non cadet in manus superbiæ acephalæ quæ aduersatur & inimicatur Deo. Superbia dicitur acephala: idest sine capite quia est caput omniū uiciorum.

¶ Explicit gradus. xxii.

¶ De superbia demoniaca.

desuperbia

¶ Gradus.xxiiii.

Superbia est negatio Dei quoniã qui credit fecisse aut acquisiuisse aliquod bonũ a semetipso & non per Dei sapientiã & gratiam negat deũ qui illuz defendit & dirigit ad bonũ & iõ iuste cadit derelict⁹ a gratia quã spernit. Superbia est adinuentio demonis cõtẽptus proximi mater condẽnationis & iudicii. Superbia est filia laudũ & signũ nõ faciẽdi fructum. Superbia est abdicatio diuini adiutorii præcursor dementationis: & stulticiæ operatrix ruinæ: causa defectuũ: fons furoris: porta ypocrisis: castrũ demõis: augmentũ peccati: nutrix crudelitatis: ignorantia cõpassionis aduersatrix Dei: & radix blasphemię. Superbus est auarus inquisitor rancinator: & exactor uꝰte aliene. Principiũ superbiæ est finis inanis gloriæ. Mediũ est cõtẽptus proximi & manifestatio propriæ uirtutis sine uerecundia atq; amor laudis: & odium repræhensionis. Finis est negatio adiutorii Dei: extollentia propriæ solicitudinis mors religiosorũ: & mos demoniachus. Omnes nos nolumus cadere in istaz foueã audiamus: quomodo ista passio nutritur sepæ de gratiis Deo redditis: quoniam nõ est ita audax a principio q; admoneat nos negare Deũ. Vidi quemdã ore Deo regratiari sed corde magnificabat seipsum extollendo ꝓpriam prudentiam & huius rei testes est ille phariseus: qui dicebat. Gratias tibi ago domine. Vbi uenit ruina: ibi primo superbia fixit tentoriũ suũ. Et est secunda diminutio prime: scilicet ruina diminutio est superbię. Ego audiui a quodã memoria digno: istud est honorabile uerbũ: Si essent duodecim uicia capitalia: & unũ illorũ sit in corde: scilicet superbia suplet locũ alioꝝ unde

cim. Frater superbus fortiter contradicit suo precepto ri. humilis uero nescit contradicere. Sicut cipressus: & ... eis dedignantur iacere in terra sed se eleuant in altũ sic frater superbus dedignatur possidere obedientiam. mõachus alti cordis desiderat principari: & supra stare. quia aliter nõ possit seipsũ totaliter perdere sicuti ei cõuenit. Si superbis deus resistit (prout dicit scriptura) quis faciet eis misericordiã? Et si est immundus in conspectu Dei oĩs arrogans & superbus (prout dicit scriptura) quis poterit eos mundare? Correctio & disciplina superbi est ruina stimulus eius est demon illud quod finaliter sequitur ẽ dementatio & stultitia. A pmis duobus. s. ruina & stimulo. i. tentatione superbię sepe homines fuerunt curati ab hoĩbus ultimũ uero. s. dementatio & stulticia est insanabile apud hoĩes. Qui repellit reprehẽsionẽ significat se habere istã passionẽ. Qui uero currit ad reprehensionẽ: soluit uincula eius. Si sine alieno uicio per istud solũ qusppiã cecidit de cœlo querẽdũ est si per solã humilitatẽ quisq̃ posset ascendere cœlũ. Superbia est perditio laborũ & spiritualiũ diuitiarũ. Dicit enim sanctus propheta de quibusdã. Clamauerũt ad dñum nec exaudiuit eos. quia cum superbia clamauerunt & causas contra quas orabant nõ absciderunt. quidã antiquus frater plenus scientia & discretione admonuit unum fratrem superbum cum caritate qđ dimitteret superbiã. Et ille cecus rñdit. Parce mihi pater nõ sum superbus. Tunc senex probus respondit. Qualẽ pbationẽ potes (uilis) facere de tua supbia maiorem ista dicẽdo nõ sum supbus. Talibus cõuenit obedientia & stricta subiectio & status uilis & non honoris & lectio de pfectionib⁹ patrum q fuerunt supra naturam. Forte qđ hoc modo esset alia parua spes de sanitate eorum. Confusio est homini se extollere de ornamento alie

Serm

no: & summa insipientia est fantasticare super gratiis Dei credendo habere a te quod habuisti a gratia Dei. De omnibus perfectioibus quas habuisti anteq̄ fuisses genitus extolle te. quia quas habuisti post generationē dedit tibi Deus sicut dedit & generationē. Omnes uirtutes quas acquisiuisti sine mente tue sunt: mens uero est donum Dei. Omnes uictorię quas habuisti sine corpore: factæ sunt ex tua solicitudine corpus uero non ē tuuz: sed factura Dei. Ne cōfidas donec fuerit data sententia de te reminiscens illius q̄ fuit uocatus ad nuptias de quo sequitur in euang. Ligate ei manus & pedes & proiicite eum in tenebras exteriores. Noli esse arrogās te reputando aliquid cum iis de terra: quoniā multi immateriales & sancti fuerunt electi de cœlo propter arrogantiam. Quando demon accipit locum in operariis suis tunc apparet eis per somnia aut manifeste in uisione: in spē boni angeli: aut alicuius sancti: & reuelat eis aliqua occulta aut dat aliquam gratiā spiritualem: ut sic decepti perdant uerꝝ sensum. Si millies sustinuissemus mortē pro Christo nō tamē fecissemus aliquod equiualēs illi quod fecit pro nobis q̄m altior est sanguis Christi sanguine seruorꝝ suorꝝ Secundū dignitatē dico non ꝑm naturā. Nō cessemus examinare nosmetipsos & cōparare facta nostra factis sanctorꝝ q̄ fuerūt añ nos & inueniemus cōuersationē spiritualē sed sumus adhuc i statu seculari. Monachus propriæ est qui non habet oculū mentis: & eleuatū in superbia cuius anima humiliter respiciens seipsam remanet inconcussa. Monachus est ille qui fugans demones a se prouocat eos ad iram contra se sicut faciunt homines canes. Monachus est incessabilis tristicia. & transitus ex hac uita per desiderium. Monachus est ille qui ita est refertus uirtutibus sicut posset aliquis esse refertus concupiscentia.

S. ioannis

Monachus est ille qui habet incessabile lumē in corde suo. Monachus est abyssus humilitatis in qua submergit pharao cū equitibus suis.i.spiritibus malignis. Inflatio mētis facit obliuisci peccata: memoria uero peccatorum conducit humilitatem. Superbia est ultima penuria animę quę se putat esse diuitem cum sit pauper: & stans in tenebris putat se uidere lumen. Superbia non sinit procedere animam in melius. Quinimo si aliquid boni habuerit abiicit ab ea. Superbia est similis plage q̄ est rubea de foris: intus uero est plena putredine. Monachus superbus nō eget demone: ipse enim sibimet ē demon impugnādo semetipsum. Alię sunt tenebre a lumine: & alienus est superbus ab omni uirtute. In cordibus superboꝝ oriunt̄ uerba blasphemię: in cordibus uero humiliū oriunt̄ uerba celestia: Latro odit lucē & superbia uilipendit mansuetos. Multi superboꝝ nescio quomodo sunt sibimetipsis incogniti estimātes se sine uiciis: sed in tpe mortis cognoscent suā paupertatem. Superbus nō rogat deū quia apud eum est uana salus hoīs. Apprehendi in quodā loco istā sup̄biā acephalem quę reptabat incorde meo super humeros proprie matris scilicet uane glorie. & ligaui eas uinculo obedientie flagellauiq; flagello humilitatis: & cū tormētis feci mihi dicere unde intrauerat in cor meū. Que responderunt. Nos non habemus principium geniturę: sed sumus genitrices aliorum. Cōtritio cordis genita sub obedientia multum nos impugnat nō tamē sustinemus ꝙ aliq̄s dominet̄ nobis quia in celo accepimus principatū: & inde fuimus eiectę. Nos ut dicamus in sūma sumus genitrices oīum que cōtrariant̄ humilitati: & oīa humilia opponunt̄ nobis. Nos uicimus in celo: & quo fugies tu a facie nostra. Nō consueuimus sepe p̄sequi tollerātiam iproperii: & obliuionē iniurie: obedientiā & mansuetu

dinem. & obsequiū dei faciendo de his & similibus monachos supbire. Filiæ nostrę sunt ruina: ira: detractio: amaritudo: furor: clamor: blasphēia: ipochresis: odiū: inuidia: & cōtradictio. Magistra domus nostrę est cōplacentia proprie uoluntati: socia eius est impersuasibilitas idest nolle acquiescere doctrine aut cōsilio aliorꝫ. vnū ē quod nō possumus uincere & illud tibi dicem⁹. propter uerba que nobis intulisti. Si persistas corā deo uituperādo & inculpando integre temetipsum: tūc reputabis nos quasi muscas. Equus cui insideo (dixit superbia) est uana gloria sicut uides sed sancta humilitas q̄ uituperat semetipsam: deridebit equū & ascensorem eius & de uictoria cantabit domio dulce melos dicens. Cātemus dn̄o gloriose eniꝫ honorificatus est equū: & ascensoreꝫ eius proiecit in mare humilitatis.

Qui ascēdit obtinuit: sit nuticq̄ uere ascēdere p̄ualuit.

¶ De blasphemia sub eodem gradu.



AVdiuimus i supra dictis ꝙ de crudeli matre superbia nascitur seuissima filia blasphemia & ideo oportet q̄ pruducatur in medium. quoniam istud uicium nō est leue sed īter oīa alia crudelior: inimic⁹.

¶ Ideo enim est crudelior: quia nō potest leuiter extigui: nec patri spirituali in confessione reuelari. Propter quod iste imūdus inimicus multis sepe genuit obstinationem & desperationē: cōsumēdo totam eorꝫ spem: sicut uermis latēs in arbore cōsumit uitam eius. Iste imūdus spūs amat interesse sancte cōgregationi i illa timorosa hora qn̄ fratres debēt uider̄ aut recipe sacra misteria & obloq̄ de illis & de deo. Propter qd̄ sim⁹ cauti: qa non est aīa nostra quę loquitur ista uerba maligna intra nos: sed est demon qui fuit eiectus de celo ubi ce-

mo S· abatis ioanis

pit blasphemare deum. Si illa uerba inhonesta essent in ea: quomodo adorarē: Quomodo possuȝ simul ado rare & detestari? Quomodo benedicere & maledicere Iste deceptor sepe inducit multos ad dementatiōem qa fuit inueterata in ipsis ipsa pessima cogitatio: & nulla cogitatio est sic fortis ad confitendū sicut ista. Et nihil est p quod demon accipiat tātā potestatē sup nos: quā/ tū nō confiteri machinationes eius. & eas ī corde abscō dere & nutrire. Nemo super cogitationib⁹ blasphemie seipsum reputet causam esse. Cordiū nāq; deus est co/ gnitor. Et scit non nostra esse hec uerba sed inimicorū nostrorū. verūtamen illi qui dederunt causam blasphe mie superbiendo. punientur de causa. Sicut inebriari ē causa cadendi. ita superbire est causa praue cogitatiōis. Nemo cadit uoluntarie. nec punietur de casu sed de ine briatione. Quando sumus in oratione. tunc iste īmun de cogitationes exigunt caput. sed cōpleta oratione di/ sparent. quia isti demones non consueuerunt impugna re nisi impugnantes se. Et nō solū blasphemant deū & scōs. sed etiā īmittunt cordi īhonesta ut dimittam⁹ ora tionē. & desperemus de nobis. vñ qdā pp hoc destite/ runt oraē & dimittere sacramēta. Alios fecit iste demō cōsumere corpora p multā tristiciā. Alios macerauit ie iunādo faciēdo eos credere q nō poterāt saluari: & q erāt miseriores paganis & infidelibus. Et nō solū hoc fecit secularib⁹ sed ēt mōachis. Qui uult liberari ab isto spū blasphemię cognoscat diligēter q sua aīa nō ē cā ta liū cogitationū. sȝ demō q dicit xpo. Hæc oīa tibi dabo si cadēs adoraueris me. Et iō cōtēnem⁹ uerba ei⁹ dicē do ei: Vade retro sathana. Ecce ego adorabo deū meū & soli illi seruiā. Malicia tua uertatur ī caput tuū & tua blasphemia descēdat tecū in infernū. Qui uult aliter re sistere isti spiritui similis est illi qui uult retinere fulgur

Sqv

cum manibus. Quomodo poterit apprehendere & ligare illũ qui subito uenit in cor & subito recedit? Oẽs aduersarii nostri habent suã uicẽ & tempus: & faciunt morã nobiscũ: iste solus simul apparet & recedet: simul loquit̃ & dispet. Sepe ĩmundus spũs amat morari ĩ mẽtibus simpliciũ. quia de hoc turbant̃ plusq̃ ceteri. Sed hoc ut plurimũ nõ eis accidit pp eoꝝ supbiam: sed ex demonis inuidia. Desistamus iudicare & cõdẽnare ꝓximũ: & nõ timebimus cogitationes blasphemie: quia primũ est causa secundi. Sicut hõ reclusus in domo sua audit uerba trãseuntiũ p uiá nõ loquẽdo cũ eis: sic aĩa audit uerba spũs blasphemię transeuntis p ipsam & turbatur credẽs ꝙ sint sua uerba. Qui illa uerba spnit cognoscens ꝙ non sunt sua est liber ab ipsa passione. Qui uero ĩmorat̃ illis disputando cũ spũ imũdo finaliter deficiet: quoniã qui uult tenere spũ ne loquat̃ est similis illi qui uult includere uentum. Quidã monachus ualde sollicitus cũ molestatus fuisset ab ipso spiritu uiginti annis afflixit carnẽ suã uigiliis & ieiuniis. Cũq; nullam ex eis sentiret utilitatẽ scripsit istã passionẽ in una cedula prerexitq; ad quẽdã sanctuz uirum & prosternẽs se ad pedes eius capite dimisso in terra quia non erat ausus leuare faciem in eũ. dedit ei cartã ĩ manu. Cũq; legisset senex cartã subridens eleuauit fratrez de terra. Dixitq; illi. Fili pone manum tuã super caput meũ. Quod id faciente dixit ei senex. Super caput meũ sit (frater) tuũ peccatũ: & quidquid fecit aut faciet in te. Solũ hoc facito: noli ex hoc turbari. Et affirmauit ille frater ꝙ anteq̃ exisset de cella illi⁹ sancti uiri illud uiciuz fuit exterminatum: nec unq̃ amplius apparuit. Et qui habuit huius rei experientiã hoc mihi narrauit reddẽs gr̃as deo.

¶ Explicit gradus uigesimus tertius.

¶ De innocentia & simplicitate quã Christus docuit.

de innocentia et simplicitate

¶ Gradus.xxiiii.

Sicut lumē auroræ precedit lumē solis: sic mansuetudo seu mititas precedit humilitatem. Et q̄ ita sit audiamus lumen iesu qui illas sic ordinauit dicens. Discite a me quia mitis sū & humilis corde. Sicut homo prius illuminat̄ ab aurora anteq̄ uideat solē: sic decens est ut aīa habeat prius māsuetudinē: deinde recipiat humilitatē. Ergo qui prius nō habet istud lumen mititatis nō potest uidere solē iusticię: sicut dicit uerus magister iesus Proprie mansuetudo assimilat̄ aurorę: quia illuminat sup̄ficialiter. Humilitas uero assimilat̄ soli quia illuminat p̄fecte & profunde. Mansuetudo liberat mentē ab ira & furore: humilitas uero liberat a fallitate: uana gloria: & sup̄bia. Māsuetudo est status intransmutabilis: quia equanimiter se habet in honore & ignominia. Māsuetudo ē non sentire malam mutationē quādo p̄ximus te offendit sꝫ orare pro eo puro corde. Māsuetudo est lapis in mari oēs fructus substinens & dissoluens: ex hoc tamen nō frangit̄. Māsuetudo est firmamentū pacientię mr̄ caritatis: acquisitio discretionis: p̄ut dicit p̄pheta. Dn̄s docebit mites uias suas. Māsuetudo est condutrix remissionis peccatorū confidētia orationis & locus spiritus sancti: sicut dicit dn̄s p̄ p̄phetam. Sup̄ quē requiescet spūs meꝰ: nisi sup̄ māsuetū & humilē? Mansuetudo est adiutrix obedientię: cōdutrix & directrix fraternitatis: frenū stulti: reparatio furiosi: ministra gaudii: sequax xp̄i: approximatio angeli alligatio demonis: & scutum cōtra amaritudinē. In corde māsueti q̄escit deus: & aīa turbata est sedis demonis. Dicit p̄pheta. Māsueti hereditabunt terrā: iracundi uero disp̄ibunt de terra. Aīa mansueta est q̄es & thronus simplicitatis: mens iracun

da auget malignitatē. Anima mãsueta recipit & destri
buet aliis uerba sapientie dicēte propheta. Dñs diriget
mãsuetos in iudicio. idest dabit eis discretionē sciendi re
gere & iudicare alios. Aia mãsueta ē uxor humilitatis:
maligna uero est ancilla superbię. Animę mansuetoꝶ
replebunt̄ scientie: & mens furiosa ē abitaculũ tenebre
& stulticię. Furiosus & simulator obuiauerunt sibi: &
in eoꝶ sermone nõ inueniebat̄ sapientia nec rectitudo
sed malignitas. Si quęsieris cor primi inuenies stulticiã
si secundi inuenies malignitatē. Simplicitas est statꝰ aię
sine uarietate: quę nõ cogitat malũ. Malignitas est in-
honestas & deformatio aię demonica sterilis & priua-
ta uirtute credens ꝙ alii eã nõ cognoscant. Ipocresis ē
status contrarius animę & corpori: implicatus & nutri
tus presumptione: duplicitate: & falsitate. Ipocresis dr̄
status contrarius aię & corpori: quia aliud ē in aia &
aliud ostendit̄ foris. Innocētia est letus status aię: liber
ab oi suspicione & malicia. Rectitudo ē habere intētio
nē purã sine pigricia & duplicitate: ac sermonem nõ fi-
ctũ nõ curiose ꝑmeditatũ: & sine malignitate. Et breui
ter dicendo rectitudo est habere anima mũdã sicut fuit
creata. Malignitas aũt est ꝑuersio rectitudiuis intentio
errans & deceptrix: dispositio mēdacii & falsitatis: col-
ligata iuramētis: uerba plena duplicitate: abissus frau-
dis profunditas tenebrosa cordis mendaciũ in ueritate
trãsfiguratũ: naturalis exinde elatio aduersatrix humi-
litatis. ypocresis penitētcię: elõgatio a plãctu: inimica
cõfessionis: opatio ꝓprii arbitrii: regula proprię uolun
tatis: acquisitio ruinę: contrarietas resurrecionis. eo ꝙ
nõ permittit resurgere animã a morte peccati per uera
penitentiam: subrisio iniurię: eo ꝙ malignus subridet
quãdo iniuriat̄ cogitando quomodo se poterit uindica
re: euanescens mesticia religiositas ficta & uita dome-

Sancti ioannis doctoris

stica. Malignus est socius demonis cõsiliarius & ratiocinator siue cõfabulator: & habet nomẽ simile demoni. Demõ enĩ uocat̃ malignus. Propter quod & dñs ita eũ noĩare debere nos docuit dicens libera nos a maligno. Fugiamus ypocrisim & malignitatẽ & adulationẽ: audiẽtes ꝓphetã dicẽtẽ. Qui malignant̃ extermĩabunt̃ & quasi herba cito decident. Nã tales sunt demonũ pastores. Sicut de⁹ noĩat̃ caritas: sic ẽt noĩat̃ rectitudo: testãte psalmista q̃ ait. Iust⁹ & rect⁹ dñs. Et talẽ rectitudinẽ uult eẽ ĩ aĩa q̃ debet saluari: sicut dicit psalmista. Saluos facit rectos corde. Pria ꝓprietas puuloꝝ ẽ simplicitas nõ uariata q̃ q̃diu fuit in adã nõ uidit nuditatẽ suã: neq3 uerit⁹ ẽ pudẽda carnis suę: Bõa ẽ naturalis simplicitas quorũdã: s3 nõ ẽ eq̃ btã sicut illa q̃ post malignitatẽ cu3 labore & dolore ẽ ĩcerta aĩę. Pria qdẽ solũ saluat a uiciis & malignitate: secũda uero ẽ aq̃sitrix altissime hũilitatis & mãsuetudinis. Itẽ merces prĩe nõ ẽ multa: secũde uere magna est nimis. Oẽs nos q̃ uolumus inclinare deũ ad nos op3 ut cũ simplicitate. sine fictiõe: malignitate: uarietate & curiositate uadam⁹ ad ipm: sicut pueri uadũt ad mgr̃m ad adiscẽdũ. Cũ enĩ sit simplex & incõposit⁹ uult aĩas ad ipm accedẽtes eẽ ĩnocẽtes & simplices. Nũq̃ uidebis simplicitatẽ segregatã ab hũilitate. Malign⁹ ẽ fals⁹ calculator siue ratiocinator q̃ p uerba: mot⁹ & act⁹ psonaꝝ fãtasticat̃ cõprehẽdere cogitationes cordis eoꝝ. Vidi quosdã rectos & bñ doctos q̃ dicebãt a malignis malignari. & mirat⁹ fui q̃õ tã cito potuerẽ pdere ꝓprietatẽ nature primã cõditionẽ. Et quãto facili⁹ cadũt recti. tãto difficili⁹ reducũt̃ ad rectitudinẽ maligni. Attñ uera pegrinatio subiectõ & custodia lingue sepe fuerũt illis optia medicina & sanauerũt uuln⁹ qđ uidebat̃ insanabile. Si scia infiat ꝓut dicit apl̃s. Vide ne forte sancta rusticitas & non esse abilem ad scien

tiam: habeant naturā humiliādi. Sunt tamen quidam q̄uis pauci q de ignorātia se extollunt: Efficax exemplū & figura beatę simplicitatis: sit nobis beat⁹ paulus simplex. Nemo enim unq̄ uidit nec uidere poterit tā grādē ꝑfectū spūalē in tā breui tpe. sicut in ipso. Monachus simplex est quodā aīal rationale quod obedit nō discernendo: sed totū suū onus ponit supra cōductorē. Non cōtradicit animal ligāti ꝫ soluenti ipsum: & aīa simplex & recta nō cōtradicit ductori suo: sed sequit̄ trahētem usq̧ ad mortē. Dicit dn̄s ꝙ difficile est diuitē intrare in regnū celoꝝ: & sic etiā difficile est stultos sapiētes idest sine timore dei intrare sanctā simplicitatē. Ruina sepe fuit causa ꝙ incōtinentes & duri effecti sunt sobrii & cōtinētes: & dedit eis salutē quā nō querebāt. Conare seducere suum sapere atq̧ prudentiā: & sic inuenies salutem & iusticiam in Christo iesu domino nostro.

dicit dominus

¶ Explicit gradus. xxiiii.

¶ De sancta & perfecta humilitate.

¶ Gradus. xxv.

ILle qui de sanctis uirtutibus puta caritate dei: sancta humilitate: castitate: certificatione cordis sint errore manifesta illuminatione dei & uere timoris eius uult ꝑ sensibilia uerba narrare credēdo ꝑfectionē p̄dictoꝝ exponere & ꝑ uerba illuminare illos q nūq̄ talia gustauerunt facit sicut ille qui uult ꝑ uerba & exēpla docere qualis est dulcedo mel̄is illū qui nunq̄ uidit neq̧ gustauit mel. Qui uero talia ꝑ sermonē uult adiscere amat loqui in uanū: nolo dicer̄ ꝙ cupiot ociose confabulari. i. cupit adiscere ut sciat de talibus loqui ad sui ostēsionē. Primus uero scilꝫ ille qui uult docere aut nō est expt⁹ de eo quod narrat aut clāculū decipit̄ ab inani gloria. Iste sermo ꝓposuit

auditoribus

doctoris

auditoribus & lectoribus quendā thesaurū inclusum i corporibus terrenis pro maiori securitate. Qui thesaurus non potest cognosci per aliquē sermonē sed solū p quandā incōprehensibilē inscriptionē que est ei superposita & nomen huius sancti thesauri est sancta humilitas. Superscriptio uero per quā cognoscitur ista sancta humilitas est tenerē se uilē & sic uelle se teneri ab aliis quod etiā est quasi incōpræhensibile & difficile ad appræhendendū ueraciter. Item iste thesaurus monstrat infinitum laborē illis qui querunt ipsum per uerba qa non perueniemus ad sanctā humilitatē per uerba: sed per simplicē obedientiā & propriā abnegationē: & per baiulationē crucis. ¶ Omnes qui aguntur spiritu Dei ad quærendū istū thesaurū intrent nobiscum sapientissimū & intellectuale collegiū: idest simul perscrutemur dicta sanctorum: qui de ista sancta humilitate tractarunt. Vnde quidā eorū dicit q humilitas est habituata obliuio cuiuscunqȝ boni quod homo unq̄ fecerit. Alius dicit q est petere ueniā & misericordiā ab illo qui offendit ut per hoc ad pacē reducatur. Alius dicit q humilitas est reputare se uiliorē hominū & maiorē peccatorū q sit in mundo. Alius dicit q humilitas est cognitio caritatis ueritatis: gratiæ & misericordiæ Dei. Alius dicit q humilitas est mentis cognitio propriæ impotentiæ: & infirmitatis. Alius dicit q humilitas est sensus animę contritę & abnegatio propriæ uoluntatis: sed ego ultimus & uilis uelut canis colligendo micas quæ cadunt d̄ mensa sanctorum patrū, dico q humilitas est quædam gratia animæ innominabilis nisi solum illis qui receperunt eius experientiā diuitiæ ineffabiles & donū Dei sicut dixit Christus in euangelio. Discite a me non ab angelo, non ab homine nō a libro sed a me inhabitante illuminante & operante qa mitis sum & humilis cordæ

Sermo

& cogitatione & prudentia & inuenietis requiem ani-
mabus uestris a malis cogitationibus. Humilitas nõ di-
citur innominabilis eo q non habeat nomen: sed quia
perfectiones suæ non cognoscuntur nisi experientia:
& qa nihil se reputat corã Deo. Sicut uinea habet aliũ
aspectum in hyemæ: alium in ueræ: alium in estatæ cũ
tamen sit una uinea: sic humilitas alia signa habet in in
cipientibus alia in proficiẽtibus alia in perfectis. Quã-
do anima exit de peccato per uerã confessionẽ se humi
liando tunc est eius hyems quia adhuc est arida & sine
uigore bonorũ operũ. Quãdo uero una huius sanctæ
humilitatis incipit florere in nobis: tunc habemus odio
omnẽ gloriã & famam humanã sed cũ labore & dolore
a nobis repellimus iram & furiam quia anima nonduz
liberata est a uiciis. Crescente uero in aĩa per etatẽ spi-
ritualem ista regina uirtutũ humilitate omnia bona fa-
cta a nobis reputamus nihil immo abhominationẽ. In
super estimamus nos quotidiæ augmtare debitum per
quandã dispersionẽ incognitã: habundantiãq diuinæ
gratiæ reputamus quoddã depositũ grauioris pœnæ:
quoniã illa gratia est supra nostram dignitatẽ. Et ideo
mens extũc remanet imprędabilis: quia spiritus inanis
gloriæ nihil potest ei auferre eo q ipsa aĩa se reclusit in
sacculo paruitatis ubi stat secura audiens solũ latronuz
rumores & minas. Sed nõ potest teneri ad illis quia ille
locum paruitatis est inexpugnabilis. Diximus de pro-
ductione florũ & profectu atq utilitate huius sanctæ
humilitatis quæ fructificat in sempiternũ sed sermo no
ster fuit diminutus quia ad loquendũ de tam sanctis ex
aliis rebus non ĩueniuntur idonea uocabula. Sed quæ
sit perfectio huius sanctæ uirtutis uos qui estis dome-
stici domini interrogate eum: quia lingna humana non
potest illam exprimere. De magnitudinæ enim huius

doctoris

sanctæ humilitatis dicere non est possibile: sed de eius qualitate seu bonitate loqui est magis impossibile. De proprietate uero ac operatione eius conabor aliquid dicere. Solicita penitentia & planctus: qui sanctificat: & lauat animã ab omni macula & sanctissima humilitas illorũ qui profecerunt in uia Dei tantũ differunt inter se quantum differunt aqua & farina a panæ. Quoniã anima teritur & subtiliatur per penitentiã ad modũ farine coagulatur uero & unitur Deo per aquam ueri plãctus. Demon accensa diuino ignæ solidatur per humilitatẽ uelut panis azimus nõ inflatus. Vnde ista sanctissima trinitas horũ triũ quæ dicta sunt est quasi una cathena de tribus anulis sibi iuicẽ insertis. Quinymo ẽ quasi archus celestis de tribus coloribus concurrẽtibus in unã uirtutẽ & operationẽ. Et possidet proprias operationes & proprietates ita q illud quod est signũ unius erit etiã notificatio alterius quod breuiter demõstrabimus hoc modo. ¶ Prĩa proprietas prĩæ uirtutis huius sanctæ trinitatis est letissimæ & spontaneæ suscipere uerecũdias & eas amplecti cũ mãsuetudine animi uelut res quæ delent magna peccata & urũt infirmitates aĩæ & hæc proprietas est penitentiæ. ¶ Secũda proprietas ẽ perditio atq sopitio furoris. Furoris perditionẽ: ideo uocat dormitionẽ siue sopitionẽ & nõ extictionẽ quia aĩa nunq̃ debet credere quiciũ suũ sit extinctũ sed solũ sopitũ. Et ideo nõ debet securari sed semper timere ne excitetur. Et hæc est secunda proprietas planctus. ¶ Tertia proprietas siue tertius gradus huius sãctæ trinitatis est fidelis ĩfidelitas ꝓpriæ uirtutis & operatiõis cũ continuo & ĩdeficiẽti desiderio addiicendi ab aliis & regi per alios. Et hæc est proprietas perfectę humilitatis. Prout dicit apostolus finis legis & prophetarum est Chistus in iusticiam: & sanctificationem om-

l ii

Sev

ni credēti: sic finis omniū uiciorꝝ est uanagloria & sup-
bia omni non credenti uel non attendenti ad seipsum.
Quorꝝ uiciorꝝ humilitas est interfectrix ueluti ceruus
serpentis. Et custodit animā in qua uiuit: ne intret in eā
aliquod uenenū mortale. Quomodo in anima humili
poterit apparere uenenū ypocrisis aut detractionis?
Quomodo poterit serpens nidificare in ea quin potiꝰ
euomatur per confessionē? Non potest in anima cui est
cōiuncta humilitas apparere odiū uel species detractio
nis aut odor infidelitatis: sed solū uerbum fidele est sibi
unitū sicut spōsa spōso. Hæc sancta humilitas facit ho-
minem māsuetos mores habere uerbū mitæ: & dulcæ.
facitqꝫ eū cōpositū deuotū. cōpassiuū tranquillū: super
oīa obediētē: feruentē: sine tristitia uigilātem & sine pi-
gritia. Et quid opus est plus dicere nisi ꝙ oīa humilis: ē
impassibilis. idest est extra passionē uiciorꝝ. Dicit pro-
pheta. Dominus in humilitate nostra memor fuit no-
stri: & redemit nos ab inimicis nostris scilicet passiōibus
uiciorꝝ. Humilis frater non querit curiose scire secreta
Dei: superbus uero uult scrutari iudicia eius. Demones
semel uenerūt ad quendā fratrē plenū scientia & palaꝫ
ipsum santificabant. Quibus ille sapiens respondit. Si
uos cessaueritis a laude mea & discesseritis: ego per ue-
strum discessum reputabo me grādē. Si uero nō cessa-
ueritis neqꝫ recesseritis ego ex hoc cognoscā meā īmun
diciā & infirmitatē quoniā dicit scriptura ꝙ est īmun-
dus in cōspectu domini quilibet arrogans & altus cor-
de. Ergo aut recedite: & ego reputabo me magnū aut
state me laudādo. & ego me reputabo uilem tūc demo-
nes admirantes super ista responsione: recesserunt cō-
fusi. Ne sit anima tua uelut cisterna quæ aliquādo ha-
bet aquas & tēpore caloris idest superbiæ est sicca. sed
sit uelut fons uiuus & indeficiens humilitatis quæ sem-

-S. locutis

piternaliter producat ex se paupertatē fluuium uirtu-
tum. O amator conspicæ quod ualles habundant om
ni fructu spirituali. Vallis est anima humilis inter me-
dium montium idest aborum uirtutum: & bonorum
suorum sempter immobilis & sine inflatione manens.
Non dicit propheta ieiunaui: uigilaui: oraui: laboraui:
& cætera huiusmodi: sed solum dicit. Humilitatus sum
& liberauit me. Penitentia releuat animam: planctus
facit eā tāgere celū & sācta hūilitas apit illud. Ego ado
ro trinitatem in humilitate & humilitatē in trinitate.
Hoc est dicere. Sicut in deitatæ: sunt tres personæ in
una essentia. sic ista tria scilicet penitētia: planctus: &
humilitas sunt una uirtus. Omnia uisibilia illuminat sol
& omnem uirtutem fortificat & tenet humilitas. Ab-
scētæ luminæ obscurātur omnia uisibilia: & nō existen
te humilitate in anima omne opus est uanum & inuti-
le. Vnus est locus in mundo quem tantum semel uidit unus est
sol scilicet fundum maris rubri quādo siccatum est & ue locus
ra sola cogitatio parit humilitatē scilicet memoria mor- in mun
tis: uel iudicii: aut passionis Chisti. Vna fuit sola dies in do
qua totus mūdus letatus fuit. scilicet quādo noe cum
familia: & bestiis exiuit de archa: & una est sola uirtus
quam demones nō possunt sequi scilicet humilitas.
Aliud est se extollere. aliud se nō extollere: & aliud se
humiliare. Primus iudicatur & spenit alios: secundus iu
dicat se & non alios: tertius condemnat se etiam si non
condemnetur a Deo. Aliud est humiliare se & aliud cer
tare pro humilitate acquirenda. & aliud est beatificare
humiles. Primum est perfectorum secundum pugnan
tium. & tertium est omnium fidelium humiles cordæ
non patiuntur furtum a lingua sua dicēdo uerbum un-
de laudari possint & honorari. quoniam porta oris nō
profert thesaurum qui non est in domo conscientiæ.

Equus lapsus sepæ credit se posse currere: cũ autem ac tualiter currit cognoscit suam impotentiã: Sic mens di⸗ spersa credit se bene stare si uero recolligit se intra se. re cognoscit defectus suos. Quando cogitatio non se ex⸗ tollit de gratiis aut donis naturæ illud est principium. & signũ sanitatis & humilitatis. quamdiu enim ipsa sen tiet fetorem superbiæ. odorem unguenti humilitatis non sentiet. Dicit sancta humilitas. Amator meus non irascetur non arguet. non contendet. non clamabit ne q̃ quicquam operabitur sophistice ad sui ostensionem quamdiu mihi fuerit coniunctus. Ex tunc non est posi ta lex quia sufficit ei lex humilitatis quæ non sinit quic⸗ quam operari uiciose. Sicut dicit abbas ysaac. humili⸗ tas non habet linguã nec oculos. nec manus: nec aures: neq̃ nares. nec corpis mẽbra. qa nec mala facit nec ab aliis fcã sẽtit aut cogitat s; tota pacifica misericors: oĩu; peccata ut propria deplorat & solum sua ponderat: & aliorum ponderare culpas ignorat. Maligni demones ueniebant semel ad quendam qui satagebat peruenire ad humilitatem & seminabant in cordæ eius laudes.

Tunc ille deliberans uincere illorum malignitatem scri psit in pariete cellæ suæ multas operationes uirtutum puta charitatis & castitatis & huiusmodi. Et quãdo ue niebant cogitationes laudum dicebat illis. Vadamus ad iudicem. Veniensq̃ legebat in pariete: & clamabat contra seipsum. Quando tu possederis istas uirtutes ui de quantum es adhuc longæ a Deo: tu enim es seruus inutilis. Illud quod fecisti est debitũ quod debebas red⸗ dere non lucrum. Si uero non habueris istas uirtutes: nihil facis. Quid sit superbia & quid sit sancta humili⸗ tas sicut dictum est non possumus plenæ dicere. Verũ tamẽ de proprietatibus humilitatis adhuc conabor ali⸗ quid dicere. Humilitas est diuina protectio quæ coope

rit nostros oculos ne uideamus nostram perfectionem. Humilitas est abyssus uilitatis cui latrões non possunt aliquid auferre. Humilitas est turris fortitudinis a facię inimici cui filius iniquitatis non apponet nocere: idest cogitatio iniquitatis: & cõcidet a facie eius inimicos ei9 & odientes eam in fugam conuertet. Quære diligenter omnes diuitias huius mercatoris magni: & possessoris: scilicet humilis: quia possidet omnes perfectiones conuersationes monasticæ & angelicæ: & uidebis quod sunt significatiuæ magni status spiritualis: omnibus uidentibus eas. una excepta quæ est uilitas. Videntes enim uirtutes alicuius humilis uellent habere illas uirtutes sed non uilitatem eius. Quando uidebitur tibi quod habes in te istam sanctam humilitatem propter magnitudinem luminis secreti: & amorem orationis quæ omnia tibi uideris habere: si non uis in hoc decipi scito quod anima antequam recipiat prædicta in ueritatæ: oportet quod habeat cor non maledictum næc indignans in offensionibus. Scito enim quod precursor huius sanctæ humilitatis est odium uanæ gloriæ. Ille qui cognoscit semetipsum in uero sensu animæ seminauit super terram ad colligendum humilitatem. Qui uero non seminat super terram. non florebit in eo humilitas. Qui cognoscit se prædicto modo recepit in se timorem Dei cum quo uadens peruenit ad portam illam regni caritatis quæ quidam porta est humilitas quæ intromittit in regnum. De hac credo ꝙ dicit dominus in Euangelio. Per me si quis introierit saluabitur & ingredietur & egredietur & pascua inueniet. Egredietur de hac uita & igredietur & pascua ĩuẽiet paradisi. Qui uero ñ egreditur per me sed ascẽdit aliunĩ quocũq; habitu uł figura ille fur ē & latro. Si uolueriꝰ comprehendere altitudinem humilitatis non desista-

mus: perquirere miseriam nostram semper habendo præ oculis cordis misericordiam: & cogitādo quod primus habet plures uirtutes quā nos. Illud uerbuȝ de misericordia potest ītelligi de duobus modis. Primo quod recordemur de misericordia Dei cōtra desperationem. Alio modo quod simus misericordes super defectibus proximi siue corporalibus siue spiritualibus. Impossibile est q̄nix producat flammam: & magis est impossibile quod humilis sit anima quæ uult honorari a quacūque persona. Humilitas est perfectio deuotorum quæ nō stat in uerbis: quia multi sunt qui dicūt & tenent se peccatores: sed nō propter hoc cognoscitur si sint humiles. Irrogata autem iniuria demōstrat ueritatem. Qui cōtēdit peruēire ad istam humilitatem nō cessabit cogitare modos & operationes: uerba ītentiones: īspirationes: īterrogatiōes: opiniones magis hūiles. & faciet orationes: donec per Dei adiutoriū & humilē informationē liberet propriam animā ab eleuatione superbiæ.

A qua qui liber est. leuiter soluitur ab aliis pecatis sicut publicanus. Quidā ut possint se hūiliare portāt in memoria cōtinuæ oīa mala q̄ cōmiserūt nihil cogitādo de remissiōe facta ut sic percutiāt extollētiā superbię. Alii recordātur cōtinuæ de passiōe Christi reputando se in sempiternū debitores. Alii uilipēdēdo seipsos propter quotidianos defectus. Alii per tētatiōes quas sustinēt & per infirmitatē & offensiones repercutiūt superbiā. Alii se humiliant ut recipiant aliquas gratias a Deo. Alii fecerunt sibi familiarem humilitatem per gratiam quā a Deo receperunt. Sed sunt quidam (qui tamen si ad præsens sint super terrā nō dico) qui de dōis Dei se semper humiliāt & quāto plura recipiunt: tanto plus se reputant indignos credendo. quod continuæ crescat debitum peccatorum eorū. Et hec perfecta humilitas

doctoris

supernaturaliter. Cūq; mens eius inuenisset se inter il/
las supnāles īmissiones dei nō poterat se extendere ad
xpm deū principiū oīs creaturæ pp lucē inaccessabilē
& cōtemplari illud quod desiderabat. Cūq; interroga/
ret de uerbo dei ante assumptionē hūanę naturę : fuit
exclusus a sua interrogatione . Itē cum interrogassent
quomō stat nunc:respondit angelus princeps illius ui/
sionis. Stat in ppriis:& nō in istis. Itē interrogauit quis
esset sedens ad manū dexterā:& respōsum fuit impossi
bile est hoc insinuare p aures. Itē allectus desiderio ro/
gauit puehi ad illā pfectionē in qua uideret uerbū diui
nū sicuti est:& responsum fuit ei q nō erat hoīs uiato/
ris pcipere talia donec corpus mortale absorberet a ui
ta & īperfectio nr̄æ corruptionis fieret pfecta p ignē
spūs sci q cōsumit oēm miseriam. Ista contēplatio si fue
rit in corpore aut extra corpus dicit se nescire. Hæc ui/
sio relinquēda est exptis ad interpretadū. Durū est tpe
estatis expellere somnū in meridie:& ideo solū i illo tpe
simul cū orone est opādū manibus ad uincēdū somnū
q est ualde periculosus:quia demō accidię parat uiam
spūi fornicationis q resoluendo corpus & submergēdo
in somno quasi māifeste opat in qescente cōtaminatio

nem carnis: Sed si resisteris eis fortiter, ipsi etiā contra te pugnabunt potenter ut faciāt te cessare a prælio qa nō potes hr̄e uictoriā. Verūtn̄ nullum est ita māifestū signum ꝙ demones uincunt̄ a nobis q̄ dum crudeliter insurgunt in nos. Stude conseruare in silētio gr̄as quas acquisiuisti in statu quietis solitarię: qm̄ sicut aues conseruant̄ in cauea clausa qua aperta euolāt & perdunt̄ sic uirtutes quę exaltāt mentē apud deum aperto orę inaniter & iudiscrete perdunt̄ & dispergunt̄. Vn⁹ paruus pilus conturbat oculuȝ: & una parua solicitudo exterminat quietē. Quies ē depositio oiuȝ negociorū: & sensuuȝ & curaꝶ etiā rationabilium. Ille q uere accepit quietē iā non curabit de carne sua: sciens ꝙ non potest mentiri illi q promisit habere curā de nobis. Ille q uult offerre mentē xp̄o mundam & dat se solicitudinibus & curis est similis habenti pedes ligatos qui uult currere fortiter. Pauci sunt qui summe dedicerint mundanam philosophiam: sed multo pauciores sunt qui didicerunt philosophiam quietis secundum deum. Qui non cognoscit deum nō erit aptus quieti & subiacebit periculis: quia quies suffocat inexpertos & indoctos. Qui enim sunt sine gustu diuinę dulcedinis consumunt tempus suum in captiuitate cordis & furto anxietate & accidia. Qui tetigit pulchritudinem orationis fugit turbā sicut onager. Nihil est enim quod tantum separet quiescentem ab omni societate sicut delectatio orationis. Ille qui est circundatus uiciis & moratur in solitudine attendat exercitationi quam docuit Gregorius arselayta. Qui cum ordinaret siue informaret animam quandā rudem ut cōduceret illā ad quietem dixit. ¶ Aiaduerte ꝙ de manę cōmuniter uadunt demones ad temtādū de cōcupiscentia carnis & uanę glorię: i meridiæ autē uadunt demones accidię: irę: & tristiciæ, ad uespe

ram autem uadunt amatores stercorum & tyrãni misc ri uentris. Melior est aũt subditus pauper quiescẽte cu- ris occupato. Qui bona occasione qetẽ solitudinis itra uit & quottidiæ nõ recipit lucrũ ex ea: aut non facit qđ debet in ea. aut furtim patit̃ ab elatiõe. Quies est in ces sabilis adoratio dei & assistentia corã illo. Memoria ie- su xp̃i sint iuncta tuę respirationi & tunc cognosces uti litatẽ quietis. Ruina obediẽtis est resumptio ꝓprię uo- luntatis: & ruina quiescentis est cessare ab orone. Si tu letaris de aduentu fratrũ in cellã tuã cognosce ꝙ nõ ua cas deo sed accidię. Exẽplũ perseuerãdi in orone sit ti- bi uidua illa oppressa ab aduersario de qua loquit̃ xp̃s in euangelio. Exẽplũ quietis sit tibi ille magnus arseni⁹ par angelis: q sepe r̃pellebat eũtes ad se nec uolebat ęis loqui: ne pderet maius bonũ. Cognoscebat qdẽ ꝙ sp̃ũs siue demones girouagoꝝ sepæ sine rationabili cã qua- si tñ rõnabili inducunt illos ad uisitandũ oparios dei ut dent eis ĩpedimẽtũ. Tu ergo sicut ille arsenius ne time as piæ cõtristare illos girouagos: forte enim pp cõtrista tionẽ tuã cessabunt circuire. Verũtñ caue ne sub ista in tentiõe turbes aĩam q̃ sitiẽs uenit ad te: & bibat aquã doctrinę sp̃ũalis. vñ in oĩbus oportet ꝙ tu habeas lu- cernã discretionis. Vita qescẽtis imo & oĩuȝ monacho- rũ debet fieri ꝑm cõscientiã & sensum. Ille qui uiuit ra- tionabiliter: oĩa q̃ ptinent ad deũ desideria: cogitatiões locutiones: itinera: & motus opat̃ in sensu aiæ in cõspe ctu dei. & pp deũ. Si aũt patit̃ furtim in istis. nõ adhuc conuersat̃ uirtuose. Dicit sanctus propheta. Aperiam in psalterio propositionẽ meã idest consiliũ cordis mei Et hoc dicit in persona illorum qui carent discretione. Sed ego (dicit uerus quiescens) per orationem mani- festabo deo uoluntatem meam. & in ipsa recipiam cer- tificationem. Fides est ala orationis. quam si non ha-

buero reuertetur

uero reuertetur in sinum mentis meę. Fides est status aiæ non dubitantis de aliqua cõtrarietate. Fidelis est ille non q credit ꝙ Deus possit oia facere: sed q credit ꝙ Deus oia facit pro sua utilitate. Fides est mater qescẽtis Fdes est acquisitio spei ut latro mõstrauit. Mater fidei est gratia exercitatio in ipsa: & rectum cor. Exercitatio enim in fide constantem facit. Rectum uero cor eiusdẽ est auctor. Qui enim non credit non poterit quiescere. Ille qui est in carcere timet tortorem cella uero parit timorem quiescenti. Non timet tantum uinctus tormenta iudicis temporalis quantum timet quiescẽs iudicia iudicis eterni. O admirabile quiescens multo timore eges quia nihil tantum potest persequi accidiam quantum timor. Vinctus & damnatus ad mortem continuę respicit quando ueniat iudex ad carcerem quiescens autem & operarius semper desiderat ꝙ ueniat ille qui liberet eum de domo carceris. Primus premitur immensa tristicia. Secundus habet fontem lachrymarum. Si tu (o quiescens) semp tenueris uirgam patientiæ canes accidiæ & tristitiæ non uenient ad morandum tecum. Patientia est implacabilis dolor: & inuincibilis animæ dolor a tumultibus non commotus. Patientia est tribulationis præceptum quotidie expectatum & susceptuꝫ Paciens est operator sine turbatione sine lapsu: & per casus & turbationes uictoriam faciens. Patientia est occasionum excisio & propria accessio. Non eget tantũ corpus cibo suo quantum eget quiescens patientia. Ex defectu enim cibi corporalis quiescens acquirit coronã ex defectu autem patientiæ incurrit patibulum. Patiẽs ante sepulturam mortuus est quia facit sibi de cella sepulcrum. Iuxta mensuram humilitatis, datur patientia in tribulationibus & tentatiõib9: & iuxta mensurã patientiæ participat consolationes anima: & secundum

magnitudinem consolationem amplificatur caritas animæ ad deum & secundum caritatem possidet gaudium. Patiētia parit lachrimas & spem ille uero q̄ ista duo nō habet est seruus accidiæ & piger ad omne bonum: quoniam iste talis non possidet sollicitudinem bonæ uoluntatis, sed in omni opere suo recipit anxietatem & impotentiam: & reputat impotentiam tedium: & accidiā reputat infirmitatem corporalem. Et sic excusando seipsum uelut infirmum seruit gulæ: & ociositati quia non habet solicitudinem boni desiderii & salutis mentis suę. Oportet bonum militem Iesu Christi cognoscere quos inimicos persequatur de longe & quos sinat appropinquare ad pugnandum secum eo q̄ aliquando in bello acquiratur corona accipiendo ictum & aliquando declinando. Talia non possunt doceri per uerba quia nō sunt omnes equaliter dispositi. ¶ Vnum spiritum obserua inter omnes alios quoniam incessanter te impugnant in omni loco in omni operatione: stando orādo dormiendo: ambulando. Iste demon in incipientibus maxime est demon fornicationis: in proficientibus est demon accidie in perfectis: siue in illis qui iam perfectioni appropinquant est demon uanæ gloriæ. Quidaʒ eorum qui se exercent in uia quietis habent continuæ in semetipsis operationem illius uerbi psalmiste. Prouidebam dominum in conspectu meo semper. Non eniʒ oēs panes celestis alimenti uniformes in operatione existunt. Alii habent operationē uerbi xp̄i dicentis. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Alii meditantur in illo uerbo. Vigilate & orate. Alii redde rōnem uilicatiōis tuæ. Alii ī uerbo psalmistæ. Humiliatus sum & liberauit me. Alii in illo uerbo apostoli. Nō sūt cōdignæ passiones huius tp̄is ad futurā gl̄am. Alii uero in uerbo psalmiste dicētis. Ne q̄n rapiat & nō sit q̄ eripiat.

Omnes isti currunt p bonam uiam: sed primus accipit brauiũ sine labore. Ille q ĩ bono ꝓficit nõ solũ opat ui-gilãdo sed ẽt dormiẽdo. Vñ aliqñ qdã ĩ somniis afficiũt iniuriis demões ad eos accidẽtes & de castitate feminas ĩcõtinẽtes admonẽt. Nullus uolẽs edificare turrim siue cellã qetis ĩcipiat nisi pmo sedeat p orõnẽ & cogitet. si habeat ꝓꝑetates cõuenietes illi statui ne postq̃ cepit edificare & nõ potuerit cõsũmare det inimicis demonibus cãꝫ illudẽdi ei. Ne ẽt det ĩpedimentũ siue cãm suspitiõis illis q uolũt eligeř illũ statũ: si uiderint illũ deteriorasse. O qeicẽs ĩcrutare suauitatẽ pegrinã q̃ uenit ad te ne sit amara confectio medici immo dolosi ĩsidiatoris. i. non recipias ĩdifferenter oẽm cõsolationẽ q̃ nõ ĩtelligis. De noctæ multũ tpis da orõni psalmodiæ uero minus. De die autẽ opare ꝭm tuam uirtutẽ. Lectio sacrę scripturę habet naturam & uirtutẽ nõ paruã illuminãdi & colli-gendi mentẽ: sunt uerba spiritus sancti q̃ dirigunt illos: q uolunt bene operari. Ideoq̧ ea q̃ legis sint tibi excita-tio ad operãdũ & ea opere adimpleas: ea erit tibi super flua lectio alterius scripturæ. Sufficit animæ tantũ lege re: q̃tum pt operari. Cum labore & dolore ne q̃rat aĩa tua illuminari per uerba & p libros de sanitate sua qa anima deuota plus illuminat operãdo mãdata scripturẽ q̃ legendo. Verba q̃ pñt auellere mentẽ a bono ne uel-lis legere aut audire priusq̃ habeas uirtutem spũalem . i. mentem solidatam in ueritate fidei: quia cum sint uerba tenebrarum obscurant mentem infirmam. Ista uerba tenebrarũ sunt philosophia mundana: & dicta hereticoꝝ & similia q̃ sunt contra fundamentũ catholi cæ fidei. Vnum uitrum uini facit cognoscere totum ui-num quod est in dolio & unum uerbum quiescentis pã dit statum: & operationem interiorem eius illis qui ha bent gustum exercitatum. Tu quiescens stude sẽper

habere oculum animæ contra elationem mentis: quia inter furta nullum est quod magis exterminet statum tuum quam ipsa elatio. Parce linguæ tuæ nec manifestes aliis profectus tuos qaleuiter ipsa perdit illud qđ acquisiuisti cum multo labore. Sta & exerce statum tuuз sine curiositate: quia etiam ipsa multum contaminat quietem. Ista curiositas continetur in duobus. Primo est in immoderata compositione: corporis uestimenti celle & utensilium. Alio modo quod longe & deterius est tenere modus & actus singulares, unde acquiratur nomen sanctitatis & uirtuosi. Venientibus ad te propone necessaria corpori & spiritui placida. & caritate si sint alii sapientiores te demonstra eis amorem sapientiæ per silentium quia sapiens libentius audit quam loquatur. Si autem sint partes moderate aperit os ad loquendum pauca pro eorum consolatione. Verumtam̄ utilius est semper existimare quod omnis homo sit melior te. Ille qui arenam in pallio portauit & tota nocte uigilauit me detinuit ne prohiberem: opus corporale adhuc paruulis existentibus in congregatione. Sicut increata & adoranda trinitas & in carnatio dignissima opponuntur inquantum in trinitate sunt tres personę & una substantia in incarnatione uero una persona incarnata & duæ substantiæ: ita alia quieti: alia obedientiæ conuenientia sunt studia. Diuinus apostolus dicit. Quis cognouit sensum domini. Et ego dico. Quis cognouit mentem quiescentis corpore & spiritu? Regi celesti fortitudo & imperium & quiescenti multitudo orationum. AMEN.

¶ Explicit gradus. xxvii.

¶ De oratione angelica & immateriali. Gradus. xxviii.



Ratio secundum suam qualitatē est coniunctō animę cum Deo: secundū autem suam operationem fructus qui p̄cedunt ex ea sunt status mundiciæ: collectio ornatus qa in ipsa anima sumit sua ornamenta pons ad transeundum tentationes reconciliatrix cum Deo mater & filia lachrymarum: propitiatio peccatorum murus inter animam & tribulationes: uictoria præliorum: opus angelicum: cibus substantiæ incorporeæ iocunditas futura: operatō sine fine: fons uirtutum acqsitio gratiæ profectus inuisibilis. deliciæ animæ illuminatio mentis: securis desperationis demonstratio spei: resolutio tristiciæ: diuiciæ: monachoꝝ thesaurus qescentium diminutio furoris: speculum profectus: declaratio mensurę spirituū manifestatio bōi status reuelatio futuroꝝ bonoꝝ & significatio dei clemētię. Ille qui bene orat oratio est curia sententiæ & condemnationis auditorium iudicii: & tribunal dn̄i. Ante ultimum tribunal audiamus istam sanctam reginā uirtutē q̄ uocat nos cū tenui uoce dicēs. Venite ad me oēs q laboratis & onerati estis: & ego reficiā uos. Tollite iugū meū sup uos & iuēietis reqez aīab⁹ & sanitatē uulnerib⁹ uestris qm̄ iugū meū ē suaue & sanatiuū medicamtū magnaꝝ offensionū. Oēs q uolumus ire ad Deū & loq cū ipso nō uadam⁹ nisi simus p̄parati ne ipse uidēdo nos a lōge sine armis & uestimto cōgruo astātib⁹ p̄cipiat ministris suis q̄ ligēt nos & p̄iiciāt in aliquē locū lōge a facie sua: petitiōesq̧ nr̄as laceratas faciat p̄hici in faciē nr̄am. Tunica aīæ tuæ ante Deū assistere uolenti sit cōtexta filo .i. memoria peccatoꝝ & eterni iudicii: alioqn nihil ex orone p̄ficies. Textura tuæ oronis sit sine ueritate uerboꝝ qa unum uerbū reconciliauit

publicanum cum Deo & impudicum Dauid. ¶ Cum status orationis sit unus possidet tamen uarietatem & differentiam quoniam aliqui interpellant Deuз ut amicum & regem non per seipsos sed per adiutorium amicorum offerendo ei laudes: & supplicationes. Alii petunt diuitias & maiorem gloriam & confidentiã. Alii petũt liberari in fine ab aduersario. Alii a carcere. alii ab accusationibus. alii petunt remitti debita. alii petunt aliquam dignitatem. Nos autem ante omnia in carta nostræ orationis ponamus sinceras gratiarum actiones. In secuuda linea ponamus confessionem & contritionem: deinde notificemus nostram petitionem regi: quia iste modus orandi est perfectus prout docuit angelus unum fratrem. Si fuisti aliquando coram aliquo iudice temporali qui te haberet condemnare uelut malefactorem non oportet quod sumas aliunde exemplum timorosi modi quem debes tenere: quando stas in oratine. Sed si in isto casu non fuisti aut si non uidisti malefactorem duci ad penam sumæ exemplum standi in oratione coram Christo a supplicatione quam faciunt infirmi medicis quando debent incendi aut scindi ab eis. Ne uelis esse multum sapiens uerbis in tua oratione & sine uarietate quia sepe uerba simplicia balbutientium placarunt patrem celeste neq͡ coneris multũ loqui in oratione ne dissipes mentem tuam ad inueniẽdum uerba. Vnum uerbum publicani ad misericordiã prouocauit deum & propicium habuit & unum uerbũ fidele latronem saluum fecit. Multiloquium in oratiõe superat mentem & facit eam fantasticam: breuiloquiũ uero colligit mentem. Si tu in uno uerbo orationis duceris ad compunctionem aut delectationem spiritualẽ permane in illo uerbo quantum durat: quia tunc angelus custos est præsens & orat tecum. Ne confidas in te

ipso q̃uis habeas mundiciã:sed sp adhere humilitati &
ueniet tibi melior fiducia. Et posito ꝙ ascenderis scalaꝫ
oĩum uirtutũ roga tũ Deum ꝙ dimittat tibi oĩa pecca-
ta tua audiens paulum q dicit se ꝑmum peccatoreꝫ. Sal
& oleum condiunt pisciculos & lacrimæ ac castitas faci
unt oronem pennatam. Si omnem mititatem & inira
scibilitatem obtinueris non multum laborabis liberare
mentem tuam a captiuitate. Quãdiu bonam operatio-
nem & orationem non possidemus his q in ꝑncipio do
cent pueros ad ambulandum similes sumus. Contende
subleuare mentem & maximæ includæ ipsam in uerbis
orationis. Et si cadit qa adhuc est paruula releua eam
qa ꝓprium mentis est esse ĩstabilẽ deus tñ est potẽs oĩa
stabilire. Si cõtenderis subleuare mẽtẽ ueniet in te ille q
posuit terminũ mari & terminabit mentẽ tuam dicens
in orone menti. Hucusqꝫ uenies ne ꝓcedas ulterius. Im
possibile est ligare spm̃ sed ubi spũs creator est oĩa sunt
subiecta. Principiũ oronis est posse ab ipso ꝑncipio re-
pellere ĩsultus quos recipit mens cũ solo uerbo rõnabi-
li. Mediũ oronis est habere mentem liberam ĩ eo quod
dicit & cogitat. Finis autem orationis est habere men-
tem raptam ad Deum. Alia est exultatio quæ uenit in
orone illis q stant in cõgregatione & alia q̃ uenit stanti
bus in qete solitaria: qa prima patit̃ aliquãtulum yma-
ginationes apparentes: secunda uero repletur tota hu-
militate. Si tu studueris nõ elongare mentẽ a Deo: oro
etiam in mensa stabit iuxta te. Si uero dimittis mentem
elongari nunq̃ stabit tecũ. Magnus sanctus Paulus ope
rator magnæ orationes dicit. Potius uolo dicere qnqꝫ
uerba meo sensu quã decem milia lingua. In quo demõ
strat quam utile sit orare cum intellectu & sensu men-
tis. Verumtamen ista oratio est aliena a paruulis. Ideo
nos imperfecti oramus cum multitudine uerborum.

Attamen illi q continuant istam orationem imp̄fectã perueniēt iuxta dei beneplacitum ad orationem p̄fectam. ¶ Aliud est sordidatio orōnis aliud exterminatio: aliud furtũ & aliud querela. Sordidatio orōnis ē stare coram Deo ymaginando turpia. Exterminatio ē implicare mentem curis q̄ nō cōueniũt. Furtũ est labi mētem insensibiliter in id quod non cōuenit. Quærela est pati insultus in orōne. Si nos tp̄e orōnis oramus in societate. formemus ītra nos figuram nostræ supplicationis. Si uero alii nō orāt nobiscum cōformemus modos extrinsecos supplicationi extrinsece: q̄a sepe imperfectorum mens cōfigurat se actibus corporis. Omnes egemus contritione: specialiter illi egent q uadunt ante regem pro remissione peccatorum. Si tu es adhuc in carcere sumæ iugum obedientiæ & exue te uoluntates tuas et sic uade ante Deum in oratione inuocando solam eius uoluntatem & ipse recipiet curam tui regetq̄ te sine periculo. Tu qui perfectæ uis orare abnega mundi amorem: delectatiōes & concupiscentias: sed reice a te curas exue cogitationes & tempestates mentis & abnega corpus quia nihil aliud est oratio nisi alienatio a mũdo uisibili: inuisibili. Vnde dicit propheta Dn̄e q̄d a te uolui ī cœlo. Nihil & a te q̄d uolui sup terrā? Nihil defecit caro mea cum desideriis suis? Nihil aliud peto nisi ut Deus cordis mei sit pars mea ī eternũ. Alii desiderāt diuitias alii gl̄aȝ & honorē alii possessiōes: mihi aũt adherere deo bonũ ē & pōere in deo meo speȝ īpassibilitatis meę. Fides facit alas orōni & sine ipsa nō p̄t uolare ī celũ. Nos qui sumus uiciosi & passibiles oremus deum p̄seueranter q̄a oēs q sunt mũdi a uiciis & facti īpassibiles a passibilitate p̄fecti sunt ad mundiciam & impassibilitatē. Sicut ille iudex iniquus q timebat Deũ uindicauit uiduam de aduersario: præ multa molestia: sic dn̄s n̄r

animã propter peccatum uiduatã ipso deo q̃ molestat
ipsã p orationẽ uindicabit de aduersario corpore & spi
ritibus malignis. Bonus nr̃ negociator aĩas quæ sunt
sapientes trahit ad suã caritatẽ: ut exaudiat cito petitio
nes eorũ. Incipientes aũt facit stare corã se continue in
orõne famelicas & sitibundas sicut canis stat corã dño
comedẽte donec comederit & det ei panẽ. Et sicut ca-
nis inutilis egredit̃ de loco accepto pane: sic facit aĩa im
prudens in oratione. Q uando diu pseueraueris in orõ
ne ne dicas quod nihil recepisti licet nõ acceperis illud
quod potebas: quia recepisti perseuerantiam. Nullum
enim bonum est aliud quam adherere Deo mente &
perseuerare in oratione: Non timet tantum senten-
tiam damnatus, q̃tum timet studiosus orator stare co-
ram deo ĩ orõne. Et si aliquis esset sapiens & acuti in-
tellectus: posset per memoriam illius timoris custodire
se ab oĩ malo sermone: ira & superflua solicitudine, ua
gatione: tribulationæ: saturitatæ: mala cogitatione: &
tentatione. Vidi quosdã de statu obedientiæ splẽdidos
mente: qui cũ tota sua uirtute nõ erãt remissi a memo-
ria dei & qñ dabãt se oratiõi statĩ fundebãt lachrymas
& mens eorũ rapiebat̃: quia erãt prius parati p sanctã
obedientiam. Psalmodiã quę fit cũ multitudine perse-
quunt̃ uanitates & captio mentis: unius autem perso-
næ psalmodiã persequit̃ accidia sed adiuuant̃ a feruo-
re. ¶ Amor militis ad regem demũstrat̃ tempore bel-
li: & caritas monachi ad deum demõstrat̃ tpe orõnis.
Q ualis sit status tuus orõ tibi demõstrat: quia theolo-
gi dixerunt ꝙ orõ est speculum monachi. Q uodcunq͂
opus facit monachus si superueniet hora orõnis nõ di
mittit illud. decipit̃ a demone. Intentio latronũ est fu-
rari horam pro hora. Nõ tñ intelligit̃ hoc de operibus
factis p obedientiam & caritatẽ: quia nõ possunt post

poni. Ne cesses orare p oi aia q se recomedat tibi quã-
uis nõ possideas oratione: quia sepe fides recomedatis
se saluabit illũ qui orat cũ cõtrictiõe. Neq3 extollas qñ
exaudiris orando pro aliis: quia fides illo3 preualuit:
& fuit exaudita. De omni sapientia quam didicerit di-
scipulus a magistro examinabit ab ipso: & deus requi-
ret ab anima omnem uirtutẽ quá ei dederit in oratiõe.
Cũ uigilanter oraueris tunc demõ tẽtabit de ira. Inten
tio enim demonũ est nos cõmouere ad iram: ut nos re-
trahãt ab oratione. Oportet q faciam⁹ sensate oẽ op⁹
uirtuosum: sed maxime orone. Tunc oia orat sensate
qñ bene supra stat furori & irę. Illa q obtinent cũ mul-
tis supplicationibus & laboribus ac multo tpe: sunt fir
ma & pmanentia Qui possidet deũ in oratione: extũc
nõ narrabit fabulã sibiipsi: nec subducet in oratione in
tentionẽ suæ meditationis: quia tunc spũs scũs interpel
lat pro eo cũ gemitibus inenarrabilibus. Noli recipere
in orone oẽm sensibilem fantasiã ne perdas mentẽ: &
factus fantastic⁹ & amens cadas de recta regula & glo
ria fidei q est cadere quo non uides. Cõsumatio cuiusl3
petionis est manifesta certificatio in orone. Certifica-
tio est liberatio a dubietate & incõmutabilis assertio il
lius q erat incertũ. Tu qui uis habere curã oronis stu-
de esse multũ misericos: quia per ipsam misericordiam
monachi receperunt centuplũ tã de gratiis q dant i ista
uita q̃ de bonis incorruptibilibus futurę uitę. Ignis
suscitauit in aia oronem ab ea pegrinantem: eadẽ uero
suscitata & in celũ assumpta in cenaculo aię factus est
descẽsus ignis. ¶ Dicũt qdã q oro est utilior memoria
mortis. Sed ego laudo duas substãtias in una psona. i.
ista duo diuersa sũt unius opatiõis sicut duę substẽtiæ
sũt una psona in xpo. Equ⁹ pbat⁹ quãto plus mouet
tãto plus calefit & currit sic bõa mẽs quãto pl⁹ laudat

& orat: tanto intimius sentit imensam dei caritatē erga se pp ꝙ fit fortis & inuicibilis ab oi aduersitate. Crudele est rapere aquā ab ore sitiētis. sed crudelius est ꝙ aīa qñ orat cū cōtrictione aū fidē orōnis priuet seipsam illo placido & desiderato statu. Ne igit̄ cesses ab illa orōne donec uideris cessare aquā lachrymarꝫ & ignē deuotiōis: qa forte nō habebis tale tp̄s ad remissionē pcōrū i tota uita tua. Ille q gustauit orōnē sepæ p unū uerbū ꝙ uenit ei i mētē cōtaminat̄ in itellectu & stādo in orōne nō iuenit ꝙ desiderat sicut cōsueuit inuenire. Istud uerbū ꝙ cōtaminat mētē pōt esse ꝓpria cōdēnatio: aut uana gloriatio: aut scurrilitas. ¶ Aliud ē sepæ uisitari in corde & aliud ē illuminari mētē p principē pōtificē q offerat rationabiles hostias xp̄o. Primū (ꝓut dicit gregorius nazāzenus theologus) supcelestis ignis q uenit in ipsum inflāmat purgatiue: ꝫm uero illūinat iuxta mēsurā suæ pfectionis. Visitari est adꝓpriā cōsiderationē ex contrictione conuerti: Visitare uero siue illuminare est sacerdotē emūdare corda: & multos tanq̄ hostias acceptabiles uerbo orōne: & exēplo deo offerre. Et nō ē mirꝫ de ista diuersa opatiōe: qa de⁹ p scripturā noiat̄ ignis cōsumēs & illūinās. vñ qdā exeūt ab orōne uelut de camio ignis sentiēdo se aliēatos a sorde. Alii exeunt ab orōne uelut a luce illuminati: uestiti uestimento letitiæ & humilitatis. Illi autē qui sine altera istarum duarum operationum exeunt ab oratione non orant spiritualiter sed corporaliter nolo dicere iudaicæ. Si enim unū corpus unitū alteri corpori alienatur ab operatione sua quomodo non alienabit̄ inocens manibus & mūdo corde iūctus deo. ¶ Ad similitudinē regis terreni possum⁹ cōtēplari dispēsationē regis celestis: q terrenus rex aliqñ dat dōa suis militibus p seip̄m: aliqñ per amicum aliquando perseruum: & aliquādo incognite.

Et ista diuersitas prouenit ex diuersitate mensure hu-
militatis q̃ reperit in nobis. Sicut est abhominabilis
regi terreno qui stat corã eo si uertit faciem ad loquen
dum cum inimicis eius : sic est abhominabilis deo qui
stãdo in oratione recipit ĩmundas cogitationes. Perse-
quere ergo cũ armis canẽ qui uenit ad te in tẽpore ora-
tionis & quotiens uenerit ne dederis ei locũ. Pete p̱ plã
ctũ quere p̱ obedientiã: pulsa p̱ longanimitatem. Qui
hoc modo petit acipit qui querit inuenit & pulsanti a-
perieť. Caue ne incaute ores pro muliere. i. resoluẽdo
in corde tuo imaginationem illius ne sub speciȩ carita-
tis dãnificeris. Noli confiteri deo in tua oratione parti-
culariter pcã carnis: ne insidieris tibiipsi. Non sit tibi tẽ
pus orationis prouidendi ea quæ habes agere neq̃ tp̃s
q̃rẽdi facta tua tpalia sũt spũalia : quia hoc modo per
deres quod utilius est. Qui tenet continue baculũ ora-
tionis nõ cadet: & si ceciderit nõ collideť: quia dñs sup-
ponit manũ suã. Oratio est sanctus tirãnus dei: qui per
mittit se cogi per eã. vtilitatem orationis cognoscens in
tempore orationis. nisi enim esset multũ utilis inimici
nõ tantũ conarenť illaʒ impedire. Fructũ orationis co
gnosces per uictoriam inimici sicut dicit propheta dño
In hoc cognoui qm̃ uoluisti me: quoniam nõ gaudebit
inimicus meus super me in tpe prȩlii. Clamauit (dixit
propheta) in toto corde meo. i. ore spiritu & aĩa. quia
ubi sunt duo ultima simul ibi est dñs in medio eorũ. Os
cõgregat potentias sensitiuas: aĩa uero cõgregat poten
tias uitales: sed spiritus congregat uolũtates: & affectio
nes mentales & sic orat totus homo. Non sunt aliquæ
duæ personæ omnino similes neq̃ secundum corpus
neq̃ secundum spiritum: sic quibusdam uenit consola-
tio & oratio breuiter & uelociter: & quibusdam raro
& tarde. Si tu continue interpelles regem contra inimi

eos quando ueniunt ad te: confide quia non diu labora
bis. Per seipsos enim uelociter recedent. Nolunt qdem
ipsi maligni facere q̄ acquiras coronam p orōnē & cer
tamē contra eos: & ideo fugiunt uelut flagellati & casti
gati a facie ignis orōnis. Posside cōstātiā & in tua orō
ne habebis deū magistrū orādi siue orōnis tuę: quia si-
cut uidere nō potest doceri p uerba qm̄ est proprietas
naturę sic pulchritudo orōnis nō pōt doceri p hoiem
quia habet deū magistrum q docet hominē scientiam:
& dat orōnem oratori & benedicit aīas iustorū. Amē.

❡ Explicit gradus uigesimus octauus.

❡ De sancta impassibilitate.
Gradus uigesimus nonus.

e

Cce nūc nos qui sum⁹ in lacu pro
fundissimę ignorantię & in tenebris ui-
ciorum & in umbra mortis corporis inci
pimus p audaciā altæ loqui de celo terreno. Firmamē-
tum habet stellas pro suo ornatu: & impassibilitas ha-
bet pro suo decore uirtutes. Et ego nō puto aliud esse
impassibilitatem nisi celū cordiale mētis: quæ arbitrat̄
astutias demonū esse ludos. Ergo ille proprie est impas
sibilis q carnem suā fecit incorruptibilē & mente tran-
scendit creaturas subiectis sensibus: presentando aīam
suam ante cōspectū dñi & sempiternaliter ascendendo
ad ipm. Quidā determinarūt impassibilitatē esse resur
rectionē aię añ resurrectionē corporis. Alii dixerunt
q̄ erat pfecta cognitio dei post angelicā. Ista igit̄ est pfe
cta ipfectoꝝ. i. uiatoꝝ in quibus non est pfecta iusticia
ꝓut narrauit mihi qdā q in hoc exptus erat. Q̄ ñ p im-
passibilitateꝫ mens est scificata & abstracta a materia
tūc maior pars uitę qa habꝫ i carne ē quasi ex tacita. i.
rapta: qa cōtēplatio extollit & portat eā supra celū. De

qua re ille habuerat experientiã q loquit̃ in psalmo di-
cens. Dii fortes terre uehemẽter eleuati sũt. Talis erat
ille egyptius scũs thythoys q qñ orabat cũ aliis extẽdẽ-
do man⁹ nõ poterat eas deponere. ¶ Quidã sũt ipas-
sibiles & qdã magis ipassibiles aliis. Primi sũme habent
odio malignitates secũdi isatiabiliter ditant̃ uirtutibus.
Castitas couenieter dicit̃ impassibilitas: qa ẽ principiũ
cõmunis resurrectionis ac icorruptibilitatis corruptæ
naturę. Impassibilitatẽ demõstrauit ille q dicit. Nos ha-
bemus sensũ xpi. ¶ Magnus antonius ostendit ipassi-
bilitatẽ q dicebat ꝙ nõ timebat deũ sed amabat. Itẽ ille
q rogabat deũ ꝙ mitteret ei passiões & tẽtatiões q̃ reces-
serant ab eo. s. scũs effrem. Quis est ille q ante futuram
claritatẽ factus fuerit tã dignus ipasibilitate sicut iste sy-
rus. i. effrẽ. Dauid enĩ tam famosus iter ꝓphetas roga-
bat deũ ꝙ daret ei pacem añ mortẽ dicẽs. Remite mihi
ut refrigerer priusquã ab eam: & iste rogabat deũ ꝙ ip-
se sibi offeret gr̃am pacis. Illa aĩa habet ipassibilitatẽ q̃
est ita qualificata uirtutib⁹ sicut uiciosi sunt cõcupiscẽ-
tiis qualificati. ¶ Si ista est determinatio gulę ꝙ absq;
appetitu & necessitate hõ facit sibi uim ad deuorãduꝫ:
ista erit determinatio abstinẽtię ꝙ hõ existẽs famelicus
& sitibũdus abstineat sine lesiõe nature. Si ista ẽ diffini-
tio luxurię ꝙ uexet̃ hõ circa bruta & copa inanimata:
ista erit diffinitio castitatis eẽ sine sensu carnis circa oĩa
corpa. Si iste ẽ terminus auaricię sẽp cõgregare & nõ
posse saturari: iste erit terminus pauptatis non pcere
ꝓprio corpi: sꝫ hr̃e illud odio & nihil curare de ipo ĩ ne-
cessariis Si iste ẽ terminus ipaciẽtię ꝙ hõ stãs ĩ qete agi-
tet̃ & paciẽciã i nulla re possideat: iste erit t̃min⁹ pacie-
tię ꝙ hõ posit⁹ ĩ tribulatiõe putet se hr̃e qetẽ. Si istud ẽ
pelag⁹ ire ꝙ nemĩe ꝓuocãte ad irã turbet̃ hõ uelut fera
iste erit portus lõganimitatis esse pacificum & tranquil

lū presente illo qui infert malū ei maledicit. Si ista est al
titudo inanis glorię nullo presente q possit laudare nō
cessare meditari opera uanæ gloriæ & figmenta ypo-
cresis facere: ista erit priuatio uanæ gloriæ qꝫ in aduen
tu & presentia illoꝝ qui laudans mens nō inquinetur.
Si ista est summitas superbię extolli in uili & despectu
habitu & figura: istud erit signū salutaris humilitatis in
altis cōmissionibus & operationibus perfectis humili-
ter sapere. Si istud est signū oīmode ociositatis ueloci-
ter obedire oībus īmissionibus demonis: ista erit notifi
catio mūdicię & impassibilitatis posse efficaciter dicere
Declinātē a me malignū non cognoscebā: nec qūo ue-
nit nec quare nec qūo recessit: sed totus factus sum in-
sensibilis ad ista cū sim cōiūctus deo & semp ero. Iste
talis factus dignus isto statu existens adhuc in carne in
oībus uerbis suis & opibus intētionibꝰ meditationibꝰ
& deliberationibꝰ sp habꝫ deū habitatorē & guberna-
torē. Vñ extūc recipit in se ꝑ illumiationē quoddā adiu
toriū quasi uocē diuini cōsilii & bñplaciti & exaltatꝰ su
pra hūanā naturā dicit. Q ñ uenīā & appebo añ facieꝫ
dñi. Nō eīn possuꝫ plus sustinere oronē facule desiderii
eterni. sꝫ peto pulchritudinē īmortalē. Et qd ē opꝰ tāta
dicere? Ille qui est impassibilis uiuit ipse? iam non ipse
uiuit uero ī ipso christꝰ. Bonū certamē certauit cursuꝫ
consumauit fidem seruauit. Corona regis non est solū
de uno lapide precioso: nec passibilitas ē perfecta si de-
estuna minima uirtus. ¶ Impassibilitas est palacium
celestis regis qui est in celis. Multe habitationes sunt in
isto palacio idest multæ uirtutes. Murus ipsius est re-
missio peccatorum. Curramus fratres curramꝰ ad spō
sum ī palacio ipassibilitatis. Si tamen pro aliquo uicio
aut pondere consuetudinis aut alio casu detinemur: sal
tē conemur acquirere aliquā māsionē iuxta domū spō

si:& si hoc est nobis laboriosum & durũ quia sumus tepidi:saltim studeamus esse intra murũ ciuitatis: q̃m ille q ante finem non transgressus & ingressus fuerit demorabit̃ in solitudine uicioꝝ cũ demonibus. Et ideo dicebat ꝓpheta. In deo meo trãsgrediar muꝝ. Et alius propheta dicebat. Peccata ur̃a diuiserunt inter uos & deũ. O amici destruamus istũ parietẽ intermediũ quẽ p ĩnobedientiam male edificauimus. Satagemus soluere debitũ nr̃m:quia ĩ ĩferno nulla est redẽptio. Intẽdamus ergo fratres ad hoc:qa tale habem⁹ nomẽ nec excusem⁹ nos p aliquod pc̃m ꝙ fecerimus aut qa habem⁹ breue tp̃s aut qa onus est magnũ qa dñs oĩbus q receperunt gr̃am sc̃i baptismi dedit potestatẽ filios dei fieri dicens illis. Videte ꝙ ego sum deus impassibilis suscitãs de puluere tentationũ egenũ:& de stercore uicioꝝ erigẽs pauperẽ ut sedeat cũ principibus angelis:& soliũ gloriæ.i. caritatẽ teneat. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit gradus uigesimus nonus.

¶ De fide:spe:& caritate.
Gradus trigesimus



Ost prædicta restat dicere de fide spe:& caritate.q̃ cõtinet & cõiũgunt oẽs uirtutes ꝫ maior hoꝝ ẽ caritas qua noiatur deus. Pr̃ia ur̃ mihi sicut radius:s̃a lux tertia claritas.sed oẽs tres sũt un⁹ splẽdor Pr̃ia oĩa põt s̃a cõtinet ĩ se diuinã misericordiã nec sinit uenire in cõfusionẽ aĩaꝫ possidẽtẽ se. Tertia nũq̃ cadit nec cessat currere neqꝫ sinit qescer̃ cor uulneratũ a bt̃ã ĩsania. Qui uult dicere de caritate dei.uult loq de ipso deo. Narrare de deo p uerba ẽ dubiosũ & piculosũ illis q nõ uacant deo. Sermo de caritate ẽ mãifest⁹ angelis ꝑut illuminãt̃ a deo. Caritas deus ẽ. Ille q loquẽdo uult
determinare

determinare de caritate dei: existens cecus uult numera re arenã abyssi. Caritas ſm ſuã q̃litatem ẽ assimilatio ad deũ q̃tum ẽ possibile hoĩ. Scd̃m ſuã opatioẽ uero ẽ ebrietas aĩæ & ſm ſuã ꝓpetatẽ: ẽ fons fidei abyssus lõganimitatis & mare hũilitatis. Caritas est pfecta dimissio cõtrariæ ĩtẽtionis: & meditationis. Caritas. n. nõ cogitat malũ: caritas & ĩpassibilitas & adoptio filioꝝ Dei distinguunt̃ ſolo noĩe ſicut lumẽ ignis & flãma. Timor ẽ in aĩa ſm menſurã defectus illuminationis. Qui ẽ ſine timor̃: aut plenus caritate ẽ aut ẽ mortuus in aĩa. De caritate naſcit̃ ſcũs tĩor dei: & de ſcõ timore naſcit̃ amor.

¶ Non est ĩconueniens a rebus humanis ſumere similitudinẽ deſiderii ſolicitudinis: zeli: ſeruitutis: & timoris dei. Btũs est ille q ita amat deũ ſicut stultus ſuã amatã ſiue amaſiã. Beati ſũt illi q timẽt deũ ſicut malefactores digni morte timẽt iudicẽ q debet eos ꝯdemnare. Beat⁹ est ille q est ita ſolicitus de ſpiritualibus ſicut prudentes ſerui ſoliciti ſũt ſeruire dñis ſuis. Beati ſunt illi q ita ſunt zelotes ad cõſeruãdũ uirtutes ſicut ſũt zelotes uxoꝝ ad custodiendũ eas. Btũs est ille q stat in orõne corã Deo ſicut ministri stant corã rege terreno. Beatus ẽ ille q studet placere deo ſicut studet placere hoĩb⁹. Nõ tm̃ adheret filius matri q̃ eum lactat: q̃tum filius caritatis adheret deo. Qui. n. uere amat ſp ymaginat̃ faciem amati: & cum maxima delectatione amplectit̃ eum ĩtra ſe. Iste talis ẽt dormiendo nõ qeſcit a cõplacẽtia deſiderati. Ista ſagitta erat uulneratus ille q dicebat ego dormio ꝓ neceſſitate naturæ & cor meũ uigilat ꝑ amoris multitudine. Et aĩaduerte (o fidelis & admirabilis) ꝙ post mortẽ bestiaꝝ. i. uicioꝝ aĩa fc̃tã cerua hũilis deſiderat & q̃ſi deficit ad deum ignæ caritatis quaſi ſagitta uulnerata. Fames non est repñtatiua huius rei ſed ſitis magis propriæ quia ſignificat flãmam. Ideo dicebat ille q deſide

q

rabat deū. Sitiuit aīa mea ad deū fontē uiuum. Si facies cuiusq̧ nostri dilecti trāsmutat nos letificat & clarificat non ne hoc magis faciet Dei & dn̄i nostri facies qn̄ uenit & hospitaẗ in aīa munda. Timor qn̄ uenit in aīa habet naturā mūdādi eā & euacuādi sordes sicut dicit ꝓpheta. Cōfige timore tuo carnes meas. Sed scā caritas cōsueuit aliquos uulnerare ꝯm illud qđ dr̄ i cāticis. Vulnerasti cor meū alios facit exultaẗ clarificādo & illustrādo eos sicut dicit ꝓpheta. In ipso spauit cor meū & adiutus sum & refloruit caro mea. Iō qn̄ cor stat in gaudio: & leticia facies letificaẗ & clarificaẗ. Igiẗ qn̄ hō est quasi totus cōiūctus caritati dei tūc in corpe quasi in uno speculo demōstraẗ claritas aīæ. Et hoc mō fuit clarificatus ꝯtemplator dei moyses. Illi q recipiūt istud gaudiū angelis parē: sepe obliuiscunẗ cibi corpalis: & credo qꝫ sepe nō appetūt. Et nō est mirꝫ qa si cōcupiscā contraria tollit appetitū cibi: existimo ego qꝫ ille q gustat icorruptibilia q est factus supra naturā nō idifferenẗ sicut assolet: obliuisciẗ sumere cibū & nō ifirmaẗ corpe neq̧ ledit qa corpus est sanctificatū & factum quasi icorruptibile p flāmam caritatis q̄ rescindit flāmā caloris stomachi. Et credo qꝫ tales nō sumūt cibum cum delectatione: qa sicut aqua habet nutrire radices arborum q̄ sunt sub terra sic aīæ illoꝶ habēt nutriri igne celesti. ¶ Augmētū timoris est pncipiū castitatis: & pfectio castitatis ē pncipiū sciīæ theologicæ. Qui pfectæ ꝯm sensus suos deo est unitus edoceẗ spūaliter de cœlo sermōes quos loqẗ. Sed si sensus nō sint deo uniti durꝫ & periculosum ē eū disputare & loq de Deo. Verbū dei quod ē una substātia cum patre per suum aduentum in animam facit perfectam castitatem mortificando mortem: qua mortificata discipulus theologicæ illuminaẗ. Castum uerbum Dei quod procedit de Deo permanet in secula seculoꝶ

Qui non cognoscit Deum coniecturando loquitur de Deo & nescit quid loquitur. Castitas fecit discipulum Christi Ioannem esse theologum, affirmando per ipsum doctrinam sanctæ trinitatis. Qui amat deum amauit primo fratrem suum quia secundum est demonstratio primi. Qui amat proximum demonstrat: quod amat Deum. Qui amat proximum non poterit pati detractores: sed fugiet ab eis uelut ab igne. Qui irascit proximo & dicit se amare Deum: similis est somniantib⁹ sccurrere. Imperium caritatis est spes quia per ipsam spez expectamus mercedem caritatis & suscipimus caritatis retributionem. Spes est quædam ditatio diuitiarũ ocultarum. Spes est quidam thæsaurus sine dubitatione. Ipsa est quies in laboribus & porta caritatis. Ipsa est interfectrix desperationis & ymago bonorum absentium. Defectus spei est exterminatio caritatis: & illuminatio spei est manifestatio caritatis. Cum ista spe ligant dolores: cum ista appenduntur labores. Ista est circundata misericordia. Monachus qui habet firmam spem occidit accidiam: & gaudet de uictoria eius. Experientia donorum Dei parturit spem quæ non confundit & ideo qui non est expertus non est sine dubitatione. Furor dissoluit mentem & uir furibundus non erit honestus. Caritas administrat propheciam Caritas operatur miracula: caritas est abyssus illuminationis. Caritas est fons ignis qui quanto plus crescit tanto plus ascēdit. Caritas est mater pacis: fons sapientiæ: radix immortalitatis: & gloriæ: status angelicus & profectus seculi. Annuncia nobis (o pulcherrima uirtutum) ubi pascis oues: & ubi cubas in meredie. Illũina faciē deduc nos qui uolumus de cetero ascendere ad te quæ dominaris omnibus: quia singulariter uulnerasti cor meum & non possum plus continere flammā tuam. Quo ibo

laudando te. Tu dominaris potestati maris mentis & motum fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut uulneratum cogitationes superbiæ & in brachio uirtutis tuæ inimicos tuos dispersisti & sine prælio & pugna facis esse tuos amatores. Tui sunt cœli: idest uirtutes & tua est terra corporis. Venio ergo sicut iacob ad uidendum te innixam super scalam. Rogo te dic mihi dilecto tuo quæ sit figura istius uiæ redeundi ad cœlum Dic mihi etiam modum constructionis graduum quos uelut ascensus amor tuus disponit in corde. Desidero etiam scire numerum istorum graduum & durationem temporis ascensus & descensus. Nempe mihi uidetur esse illud quod iacob qui habuit tui uisionem & luctaз nunciauit auditoribus: scilicet de angelis ascendentibus & descendentibus. Sed nihil aliud uoluit manifestare: ymo non potuit. Tunc illa demonstrando se quasi regina de cœlo loquens per unionem animæ sic ait. O dilectæ dilectæ nisi obliuiscaris te & abstrahas intellectum a mundanis & dissoluas ebetudinem mentis: & crassitudinem insipientiæ quæ sit uisio mea non poteris addiscere. Scalam autem & constructionem eius insinuet tibi compositio spiritualium uirtutum: in cuius sũmitate ego sum innixa & firmata prout dicit magnus doctor meus. Nunc auteз manent fides: spes: & caritas tria hæc: maior autem horum est caritas. Mens dicitur ebetata quando nullum exercitium intelligentię habet de spiritualibus. Cor dicitur crassum quando est totuз carneũ: sicut dicit prophęta de populo Israel: Incrassatum est cor populi huius & per istam crassitudinem efficitur insipiens: quia non potest se eleuare ad cognitionem diuinorũ: sine qua cognitione impossibile est habere caritatem Dei.

¶ Exhortatio ad ascensum scale.



Scendite o fratres: ascendite: pro̅pte disponendo ascensiones in corde uestro: & audite prophetam dicentem. Asce̅damus ad montem domini: & ad domuȝ dei Iacob: perficientis pedes nostros quasi ceruorum & super excelsa statuentis ut uincamus in uia eius: & docebit nos uias suas. Curramus rogo cum illo qui dicit. Festinemus donec occuramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii dei in uirum perfectu̅: in mensuram ętatis plenitudinis christi: qui secundum etatem uisibilem fuit baptizatus anno trigesimo: & in nostra intellectuali scala superlocatus in trigesimo gradu: quoniam charitas est deus qui est christus. Cui lau: imperium: fortitudo. Cui omnium bonoruȝ causalitas inest: & erat: & erit per infinita secula. Amen.

Vir uideas quid tu iubeas dum magnus haberis.
Prospicias quem despicias dum ledere queris.
Et caueas ne forte ruas dum stare uideris.
Dat uarias fortuna: uias non ergo mireris.

Capitulu̅. CXXIII. Beati Iacoponi:



Vr mundus
militat
sub uanaglia
cuius prospe
ritas
e̅ tra̅sitoria:
tam cito labitur
eius potentia:
quam uasa figuli
quę sunt fragilia.
Plus crede litteris
scriptis in glacię:
quam mundi fragilis
uanę fallatię:
fallax in premiis
uirtutis specię:
qui nunq̄ habuit
tempus fiducię:

Credendum est magis
uiris fallacibus.
quam mundi miseris
prosperitatibus.
falsis insaniis
& uanitatibus:
falsis studiis
& uoluptatibus:
Dic ubi Salomon
olim tam nobilis?
uel ubi etiam Sanson
dux inuincibilis.
uel pulcher Absalon
multum mirabilis:
uel dulcis Ionatas
multum amabilis?
Quo Cesar abiit
cellsus imperio?
uel diues splendidus
totus in prandio:
dic ubi Tullius
clarus eloquio:
uel Aristotiles
plenus ingenio?
Tot clari proceres:
tot rerum spacia:
tot ora presulum:
tot mundi fortia:
tot mundi principes:
tanta potentia:
in ictu oculi
clauduntur omnia.
Quam breue festum est
hæc mundi gloria:
ut umbra hominis
sunt eius gaudia:
quę semper subtrahunt
eterna pręmia:
& ducunt hominem
ad dura deuia.
O esca uermium:
o massa pulueris:
o nox: o uanitas:
cur sic extolleris?
ignorans penitus
utrum cras uixeris:
fac bonum omnibus
quamdiu poteris:
Hæc carnis gloria
quę magnipenditur?
sacris in litteris
flos feni dicitur:
uel leue folium
quod uento rapitur:
sic uita hominis
hac uita tollitur.
Nil tuum dixeris
quod potes perdere:
quod mundus tribuit
intendas rapere:
superna cogita
cor sit in ethere:
fœlix qui potuit
mundum contemnere.

Amen.

¶ Finis triginta graduum huius cœlestis scalæ doctoris spiritualis Ioannis scolastici. Abbatis montis sinay: qui ab edito libro cognominatus est Clymachus: idest scalaris. ab infinitis erroribus (quibus scatebant) emẽdati. Venetiis a Philippo Pincio Mantuano Impræssi. Anno domini. MCCCCCXVIII. Die septimo Madii.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M
N O P Q

¶ Omnes sunt quaterni: præter. q. qui est duernus.